¶ Tertia concluſio Ex ira ⁊ inuidia oritur odiuꝫ Probatur ex omni vicio quod vel ẽ triſticia de bono ꝓximi vel hꝫ huiuſmodi triſticiaꝫ annexã oritur odiuꝫ ſed inuidia eſt triſticia de bono ꝓximi ⁊ ira triſticiaꝫ hmõi regulariter annexaꝫ habet ergo ex ira ⁊ inuidia orit᷑ odiũ Maior patet qꝛ ſicut mouemur ad diligendũ ea que nos delectant ita mouemur ad odiendũ ea q̃ nos cõtriſtant vt vult Tho. Minor pꝫ qꝛ omnis iratus triſtat᷑ de bono illiꝰ de quo vindictã cupit et oĩs inuidia triſticia eſt de bono eiꝰ cui inuidemꝰ Scđo ex oĩ vicio qđ eſt gaudiũ ⁊ delectatõ de malo alieno aut hmõi gaudiũ ãnexũ hꝫ itatũ eſt oriri odiũ ſꝫ ira et inuidia gaudiũ de malo alieno annexũ hñt ira quidem propter vindictã inuidia ꝓpter gloriaꝫ et minor eſt certa et maior probatur quia omnis qui odit gaudet de malo alieno quia ſibi vult male eſſe. Unde velle malum alicui propter vindictam et velle malum eidem vt michi bene ſit ⁊ velle malum eidem ipſi vt ſibi male ſit ſunt ſibi inuicem proxima et cum duo prima nõ oriantur regulariter ex tertio opꝫ ꝙ tertium oriatur ex ipſis. — Tertia con clusio.

¶ Quarta concluſio Odiũ regularius ex inuidia q̃ꝫ ex ira naſcitur. Probatur quia inuidia eſt formaliter triſticia de bono alterius aut gaudium de malo ſed ira non eſt formaliter huiuſmodi triſticia de bono alterius licet eaꝫ annexam habeat igitur. Secundo odium nõ naſcitur regulariter ex ira niſi inueterata ſit maxĩe ſecundum eos qui dicunt ꝙ odium eſt ira inueterata ſed ex inuidia ſiue inueterata ſit ſiue non naſcitur odium g̃ regularius ex inuidia naſcitur odium q̃ꝫ ex ira. Tertio probatur per gregorium qui. xxxi. mora. dicit ꝙ de inuidia naſcitur odiũ non quia non naſcat᷑ de ira aut ſuperbia ſed quia regularius naſcitur de inuidia. — Qrta ꝯclo

¶ Quinta concluſio odium interdum oritur ex ſuperbia. Probatur quia omnis contemptus alicuius rei via ẽ ad odium eius ſed per ſuperbiam contempnimꝰ proximum ergo ex ſuperbia interdum oritur odium proximi. Maior patet quia ille qui firmatus eſt in contemptu alicuius cum videt eum factis et operibꝰ laudabilem et glorioſum odire in — Quita ꝯclo

ſipit et cupit male eſſe ei quem non ſine opprobrio contempnere poteſt. Secundo ſicut ſe habz velle male eſſe iſti vt michi ſit gloria ad velle male eſſe vt ſibi male ſit ita ſe habet velle male eſſe iſti vt contemptibilis habeatur ad velle male eſſe vt ſibi male ſit ſed propter primam habitudinez ex inuidia oritur odium ergo propter ſecundam ex ſuperbia oritur odiū.

Sexta pcl'o

❡ Sexta concluſio ex inuidia regularius oritur odium q̄z ex ſupbia. Pz quia ex inuidia oritur odiuz quotiens credimus q̄ bene eſſe eius quem odimus nocet irreparabiliter glorie noſtre ex ſuperbia autem quando credimus q̄ nocet excellentie noſtre ſz frequentius et regularius primum cadit ī eſtimatione noſtra q̄z ſecundum ergo frequentius et regularius ex ī quia naſcitur odium q̄z ex ſuperbia. Maior pz quia ſuperb⁹ multo magis errat in iudicio de excellentia ſua et contemptibilitate proximi q̄z inuidus erret in iudicio de gloria ſua ꝛ proximi ergo frequentius iudicat inuidus bona proximi nocere glorie ſue q̄z ſuperbus iudicet excellentiam diminui et excellentiā proximi augeri.

Contra notabile pmū arguitur

❡ Cōtra ea que dicta ſunt in primo notabili. Ar per rōnem Thom. ibidem factam. Secundo que poſteriora ſunt generatione illa priora ſunt perfectione ſed omne vicium ortum ex alio eſt eo generatiōe poſterius ergo omne vicium ortuz ex alio eſt eo pfectius et grauius.

Solutiōes.

❡ Ad primam concedo q̄ regulariter ira ē q̄ ab aliquo quod ē min⁹ ſecundū naturam primo receditur ſed non oportet q̄ a q̄libet quod eſt minus ſecundum naturam pmo recedatur q̄z ad vltimum perueniatur et ideo dico q̄ qui ex inuidia tranſit ad odium ab aliquo recedit per inuidiam quod eſt minus ſecunduz naturam q̄z id a quo recedit per odium ſed habito odio nichil impedit q̄ poſtea ab aliquo recedat quod eſt minus ſecundum naturam q̄z erat id a quo receſſit per odium. Dicitur preterea quod ſi intelligatur q̄ omnis qui vī viciorum ſequitur neceſſe eſt vt primo ab aliquo quod eſt minus ſecundum naturam recedat q̄z ab eo quod eſt magis ſecundum naturam falſum eſt quia tunc nullus poſſet laborare aliquo vicio niſi prius laboraſſet omnibus viciīs minoribus ꝛ ita nullus poſſet eſſe illiberalis niſi prius fuiſſet prodig⁹ ꝛ nullus fur niſi fuiſſet puſillanimus et nullus ſodomita niſi fuiſſet adulter et nullus adulter niſi fuiſſet fornicator que omnia ſunt abſurda. Alie ſolutiones poſite ſunt in eodem notabili. Ad ſecūdam dicitur qđ duplex eſt generatio ſcilicz naturalis et libera de ſecunda negatur maior in hac enim non attenditur prioritas perfectionis ſecūdum poſterioritatem temporis.

Contra ſecundam cō cluſionem.

❡ Contra ſecundam pclōnem Arguiꝛ auctoritate Decla. dicentis q̄ nemo a ſummo incipit. Secundo homicidium non oritur ex odio ergo nec aliquod viciuz oritur ex odio Antecedens patet quia homicidium ſe habet ad odium ſicut actus exterior ad interiorem. Tertio riuus eſt maior fonte ſed nullum vicium eſt maius odio ꝫ nullum viciuz oriꝛ ex odio.

Solutiō

❡ Ad pmā pcedo q̄ regulariter nemo a ſummo incipit ꝛ nego cōſequentiā quia licz odiū ſit maximū vicium ex quo etiā alia oriantur non propter hoc tñ ab eo incipiꝛ cū ponaꝛ eſſe ortum ex alio: ſcz ex ira/ inuidia/ vel ſuperbia. Ad ſcđaz concedo añs homicidiū enim eſt actus īperatus ab odio; ſed non eſt viciū ex eo ortū quia ſupra dicū eſt q̄ vicium originans et viciū originatuz debent ſecundum actus interiores ſpecie differre. Ad tertiam dico q̄ ſi per fontem intelligatur omne id ex quo oritur riuus. maior eſt falſa nam ex ſecana multi riui oriuntur ſecana ſine comparatione minores.

Rurſus … ſcđam p… nē argui…

❡ Contra ſecundam concluſionē Arguitur primo ſic. Caritas eſt principaliſſima virtutū et mater aliaruz ergo odium eſt maxime vicium capitale et principium omnium aliorum. Conſequentia tenet quia odium opponitur caritati. Secundo peccata oriuntur in nobis ſecūduz inclinationem paſſionum ſecundū illud ad romanos ſecundo. Paſſiones peccatorum operabantur in membris veſtris vt fructificarent morti ſed in paſſionibus anime ex amore ꝛ odio vniuerſaliter omnes alie ſequunꝛ: ꝫ odiū poni debz inter vicia capitalia. Tertio viciū eſt malū morale ſed odium principalius reſpicit malū q̄z alia paſſio igiꝛ

Solutio … ſci thome.

❡ Ad primā reſpondz beatus Tho. q̄ in virtutibus illud eſt pmū et principale qđ eſt primū ꝛ pncipale ſcđz ordinē nature q̄ꝛ virt⁹ vniuſcuiuſq̄ cōſiſtit in hoc q̄ ſit bñ diſpoſita ſcđm naturā ꝛ ppꝛ hoc caritas eſt prima in ordine virtutū et eadē ratione vt dicit odiū nō poteſt eſſe primum in viciīs Iſta ſolutio non michi placet. Tū pmo q̄ꝛ ſcđm Ariſ. in predicamentis qui vult redire a viciīs ad virtutes paulatim recedere debet ꝛ ſecunū grad⁹ virtutū aſcendere. Tū ſecundo quia ſcđm doctrinam omniū ſanctoꝝ in virtutibus primo graduz incipientiū deinde perficientiū ꝛ tertio perfectorum attingimus. Tū tertio quia vel loquitur hic Tho. de caritate infuſa vel acquiſita ſi de acquiſita illa non eſt perfectiſſima virtus ſi de infuſa: tunc conſtat q̄ multe virtutes ſine ea frequenter acquiruntur. Ideo aliter reſpōdeꝛ. Et primo caritate acquiſita. Secūdo de caritate indifuſa. Dico ergo de caritate acquiſita. Primo q̄ ipſa nō eſt virtus ſpecialis. Diciꝛ ſecūdo q̄ aliqua virt⁹ diciꝛ principaliſſima virtutū dupliciter. Uno mō principalitate perfectionis et ſic ego nego in omni enim virtute que eſt ad proximū includiꝛ huiuſmodi caritas ad proximū ꝛ cū hoc aliquid aliud. Secundo modo principalitate communitatis et originationis ꝛ ſic ego pcedo hec ē caritas q̄ communitatē quādā habz originationis ſecundo omnis virtutis acq̄ſite. Et ſi dicas q̄ ſecundū hanc habetur intentū ſic enim arguiꝛ Caritas acquiſita eſt principaliſſima virtutum principalitate originationis ergo oppoſitum eius eſt vicium principale originationis. Ad hoc reſpondetur negando conſequentiam quia oppoſitum eius ſcilicet odium tam rerum eſt in hominibus q̄z communis eſt in ipſis caritas ſed bene dico q̄ excidere ab huiuſmodi caritate ſeu nō habere huiuſmodi caritatem eſt omni vicio cōiunctū quia autem odiū huiuſmodi nō eſt tā frequens in hominib⁹ ſicut caritas acquiſita. iō ex eo nō generanꝛ cetere vicia ſicut ex caritate cetere virtutes niſi ad ſenſum ſtatim dicendum. De caritate autez infuſa

Aliqua virtus dr principaliſſima virtutū dupliciter.

dico ꝙ ipſa non eſt de facto mater omnium virtu
tum quo ſcilicet ad generationem earum ⁊ acqui
ſitionem cum multe ſine ea frequenter generent̄
licet ſit mater omnium q̄ʒtū ad eſſe meriti qꝛ nul
lus actus habet ſe ꝙ ſit meritorius niſi ſit carita
ti coniunctus. ❡ Dico tamen ꝙ aliqua virtus di — Unomō intelligit ꝙ caritas ſit mater omniū virtutum
citur mater omniuʒ vitiorum dupliciter. Unomo
do quia omnes virtutes mediante ea generantur
et hoc modo patet quid dicendū ſit. Secūdo mō
quia ipſa mediāte actu ſuo elicito nata eſt in actꝰ
omnium virtutum inclinare ⁊ hoc modo ipſa eſt
mater omniū virtutum. Ita etiam aliquod vitiū
dicitur parens omnium vitiorū tripliciter. Uno
modo quia de facto omnia vitia mediante eo ge
nerantur. Secundo mō quia mediante actu ſuo
elicito inclinat in omnia vitia et hoc dupliciter.
Unomodo quia hoc regulariter fit. Aliomō quia
licet hoc non fiat regulariter tamē ſi actus ſuus
exigeret actuʒ alterius viciȷ̄ ita fortis eſt inclina
tio eiꝰ ꝙ inclinaret in ipſum potius q̄ʒ deſiſteret
ab actu ſuo. Tertio modo quia per ipſum remoue
tur diſpoſitio ad omnium vitiorū oppoſitos acꝰ
inducēs. Primo modo odium nō eſt parens om
nium vitiorū nec primo modo ſecundi modi ſed
ſecundo mō ſecundi modi propter vehementē mo
tum odiȷ̄ ⁊ etiaʒ tertio modo quia per odium au
fertur caritas ⁊ amor ad proximū non ſolum qui
dam caritas infuſa ſed acquiſita per quā ad om
nes virtutes ⁊ maxime que ſunt ad proximū pa
tet ingreſſus qui autem odium habet in proximū
non habet illud inclinans quod inclinat ad ope
ra virtutum circa illud proximū. Ad ſecūdum re
ſpondet beatus Tho. ꝙ duplex eſt odiū ſcʒ mali
quod cōtrariatur bono naturali ⁊ vt dicit tale eſt
primū inter paſſiones anime ſicut ⁊ amor natura
lis boni. Aliud eſt odiuʒ generalis boni ⁊ tale nō
poteſt eſſe primū ſed habet rationē vltimi quia ta
le odium atteſtatur corruptioni noſtre iam facte ſi
cut ⁊ amor extranei boni Hec ſolutio iudicio meo
non ſufficit quia vt patet ex maiore argumentaʒ
procedit de paſſionibus malā inclinationem ha
bētibus odium aūt mali oppoſiti bono naturali
non habet malaʒ inclinationem ſicut enī bonum
moris eſt amare bonū cōnaturale ita ⁊ odire ma
lum oppoſitū et maxime malum culpe. Ideo ali
ter dico ꝙ accipiendo amorem ⁊ odium proprie
vt diffinit Ariſ. ſecundo retho. amorem ſcilicet ꝓ
velle alicui ea que ſunt ſibi bona gratia ſui ⁊ odi
um pro nolle ⁊ talia ⁊ velle que ſunt ſibi mala et
gratia ſui ſic ego nego minorē ſi autem accipian
tur amor et odium communiter ꝓ velle ⁊ nolle ſic
cōceditur minor ſed nō ſic loquimur de odio. Ad
tertiam reſpondet Tho. ꝙ duplex eſt malum ſci
licet verum ꝙ repugnat naturali bono Aliud eſt
maluʒ apparens qđ ſcʒ eſt verū ⁊ naturale bonū
eſtimatur tū malū ſed hec ſolutio nō ſufficit qꝛ odi
uʒ vel eſt reſpectu mali veri: vel reſpectu mali ap
parentis tm̄ ſi reſpectu mali veri ergo cum vitiuʒ
morale de quo maior argumenti aſſumit ſit ma
lum verū ſequitur ꝙ argumentū concludit ſi re
ſpectu mali apparentis tunc ſequitur per odium
appetitur odito id quod ſecundum veritatem eſt
bonum licet ab odiente eſtimetur malum quod

falſum eſt probatur ſecundum Tho. ibidē odiuʒ
Ideo dicitur ꝙ argumentum iſtud non peccat in
materia ſed in forma tantum niſi tamē ꝙ nullaʒ
habet apparentiam bone forme per ſimile enim
argumentū probaretur ꝙ caritas ⁊ amor eſſet po
tiſſimū vitiorū caritas ad proximum maxime re
ſpicit verum malum proximi ꝙ intelligo non vo
lendo ſed nolendo ſed vicium morale eſt verum
malum ergo caritas ad proximū eſt origo omni
um vitiorum Ideo reſpondeo negando conſequē
tiam nec reddenda eſt cauſa vbi nulla eſt forme
bone apparentia ❡ Contra quartam concluſio — Cōtra quartaʒ ꝯclōnē.
nem Arguitur ſic inuidia eſt triſticia de alienis
bonis ſed odium non oritur ex triſticia imo po
tius triſticiam generat triſtamur enim de preſen
tia malorum que odimus ergo odium non oritur
ex inuidia. Secundo odium dei non cauſatur ex
inuidia dei ergo nec odiū ꝓximi ex inuidia proxi
mi Antecedens patet quia nō inuidemus ȷ̄ſ que
maxime a nobis diſtant et conſequentia tenet qꝛ
odium dilectioni opponitur ſed dilectio proximi
refertur ad dilectionem dei ergo et odium proxi
mi ad odium dei. Tercio odiuʒ oritur ex ira ergo
non ex inuidia conſequētia tenet quia vnius effe
ctus tm̄ eſt vna cauſa ⁊ antecedens probatur per
Auguſ. in regula dicentem ꝙ ira creſcit in odiuʒ
❡ Ad primam negatur minor ex triſticia enim — Solutiōes.
bene oritur odium ex hoc enī ꝙ bene eſſe huiꝰ me
contriſtat opto ſibi male eſſe imo ipſum omnino
non eſſe volo nec eſt incōueniēs ꝙ ex triſticia cau
ſetur odiū et ex odio triſticia ſicut ex triſticia pa
tipenſionis cauſatur appetitus vindicte et ex ap
petitu vindicte quē conſequi nō poſſumus cauſa
tur triſticia ſimiliter ex delectatione cauſatur tri
ſticia penitentie ⁊ ex triſticia penitentie cauſatur
delectatio dicit autem Tho. ꝙ hoc ideo contingit
quia vis appetitiua reflectitur ſupra ſe ex triſticia
ergo cauſatur odium modo dicto ⁊ ex odio cauſa
tur triſticia quia cū volo efficaciter alicui male
eſſe ⁊ ſibi bene eſſe triſtor. Ad ſecundam negatur
conſequentia Et ad probationem concedo ſecun
dam partem aſſumpti ad hunc ſenſuʒ ꝙ dilectio
recta ⁊ rationabilis per prius eſt dei q̄ʒ proximi
quia bonum quod eſt obiectum dilectionis a deo
in creaturas deriuatur vt dicit Thomas quia ta
men malū non diriuatur a deo in creaturas ideo
odium dilectioni oppoſitum primo eſt ad proxi
mum et poſtea a proximo in deum. qui tamen de
fenderet ꝙ in ſola dilectione creature poteſt con
ſiſtere virtus moralis non concederet ꝙ omnis
dilectio ordinata prius eſſet dei q̄ʒ creature quia
licet bonitas diriuetur a deo in creaturas poteſt
tamen amare voluntas bonitatem in creatura nō
amando bonitatem in deo immo huiuſmodi diri
uationem ignorando. Ad tertiam negatur con
ſequentia quia vt ſupradictum eſt idem vici
um poteſt ex diuerſis cauſis oriri vt ſupra ſatis
oſtenſum eſt. et ad probationem dico ꝙ aliquan
do aliud et aliud eſt odium ex ira et ex inuidia or
tum. Aliquando vero idem vt cum eidem iraſcor
et inuideo tunc poteſt odium generari et oriri ex
vtroqʒ et tunc ira et inuidia habebunt rationem

Unius cauſe totalis ex pluribus partialibus cau
ſis conſtitute quomodo autem ex ira generetur
odium et quomõ ex inuidia dictum eſt ſatis. Di-
cit tamen Thom. ꝙ directius generatur odium
ex inuidia q̃z ex ira ego autem ſupra non dixi di
rectius ſed regularius propter cauſam ſupra aſ-
ſignatam et vt dicit Thom. qui per iram appe-
tit malum proximi ſecundum quãdam menſurã
continuando iram appetit malum proximi abſo
lute quod pertinet ad rationem odiĳ Non pla-
cet tamen michi quod ait quod ex inuidia gene-
ratur odium formaliter ſecundum rationem ob-
iecti ex ira autem diſpoſitiue tantum quia ſecun
dum ipſum malum alterius abſolute eſt obiectũ
odiĳ ſed inuidus appetit malum alterius ꝓpter
appetitũ proprie glorie et ita ſi malum illd̓ nõ
eſſet ordinatum ad propriam gloriam non appe
teretur ab inuidio ſicut nec ab irato appeteretur
ſi non eſſet ordinatum ad vindictam.

De inuidia.

Circa peccatum in
uidie. Queritur ꝑmo. Utrum inuidia
ſit per ſe ⁊ directe circa bonum Argu
itur ꝙ non inuidia eſt triſticia ergo non eſt circa
bonum. In oppoſitum eſt Ariſt. ſecundo rethori
ce. Notandũ ꝙ opinio Thom. eſt ꝙ triſticia de
bono alterius inq̃ztum imminet ſibi per hoc pe-
riculum alicuius nocumenti non eſt inuidia ſed
triſticia de bono alterius inq̃ztum eſt diminuti-
uum ꝓprie glorie vel excellẽtie eſt inuidia. Iſta
opinio non videtur michi vera et eius improba-
Pria ꝯclo tio ex ſequentibus ꝯcłonibus apparebit. ¶ Pri
ma concluſio inuidia eſt triſticia. Probatur per
Ariſt. ſcd̓o retho. qui miam nemeſim zelum ⁊ in
uidiam dt in hoc conuenire ꝙ quodlibet eorũ eſt
triſticia. Scd̓o per illud eiuſdẽ ibidẽ triſticia eni
conturbans inuidia ẽ ad bonam actionem. Ter-
tio per Damaſ. ſcd̓o libro ponentem inuidiã ſpe
ciem triſticie tũ per Gre. dicentem ꝙ inuidũ tor-
quet aliena felicitas Tum per illud vulgarũ di-
ctuz inuid⁹ alteri⁹ rebus marceſſit opimis. ¶ Se
Scd̓a ꝯclo cunda concluſio non oĩs triſticia de bono alteri
us inuidia eſt. Probatur qꝛ aliqua eſt triſticia de
bono alterius ex eo ꝙ ille eſt tali bono indignus
quam Ariſt. vocat nemeſim et aliq̃ triſticia ẽ de
bono alterius ex eo quod illd̓ mallemus . nobis
ineſſe quã Ariſ. vocat zeluz et aliq̃ eſt triſticia de
bono alterius qꝛ timemus male nobis fore ex eo
ꝙ illi bñ eſt quam Ariſ. vocat timorem ꝙ nõ oĩs
triſticia de bono alterius eſt inuidia. Conſeq̃ntia
tenet quia ſecundum Ariſt. nec nemeſis nec zel⁹
Tercia ꝯclo nec timor inuidia eſt. ¶ Tertia concluſio inuidia
eſt triſticia conturbans de bono alterius ſimilis
vel equalis gratia eius cui inuidemus quia ſcili
cet nolumus ei bene eſſe. Patet hec cõcluſio au-
ctoritate Ariſt. vbi ſupra ita inuidiam diffinien-
tis Triſticia enim aliquid conturbans ad bonaz
actionem inuidia eſt ſed non indigni ſed equalis
et ſimilis hoc autem non quia eueniet ipſi inquit
alterum licet propter ipſum proximum omnib⁹
ſimiliter oportet inſiſtere Et ſequitur probatio nõ
enim ad hec eſſet hoc quidem inuidia hoc autem
nemeſis ſed timor ſi propter hoc triſticia exiſtit
et turbatio quia ipſi aliquod erat malum ab illo
bona actiõe Ubi vult dicere Ariſto. ꝙ ſi quis tur
baretur de bono alterius ex eo ꝙ eſtimat bonum
illud poſſe faciliter eſſe ſibi cauſam mali et nocu
menti tunc turbatio talis eſt timor et non inuidia
¶ Quarta concluſio Nulla triſticia de bono al Qrta ꝯ
terius inq̃ztum eſt diminutiuum glorie et excel-
lentie noſtre ẽ inuidia patet nulla triſticia de bo
no alterius inq̃ztum per hoc nobis imminet peri
culum alicuius nocumenti eſt inuidia ſed oĩs tri
ſticia de bono alterius inquantuz eſt diminutiuũ
glorie et excellentie noſtre eſt triſticia de bono al-
terius inq̃ztum per hoc nobis imminet periculũ
alicuius nocumenti ergo nulla talis triſticia ẽ in
uidia. Maior nota eſt ex immediate dictis Mi-
nor autem patet quia omnis diminutio glorie ẽ
nocumentum immo maius q̃z diminutio opum
et diuiciarum ergo per omne illud per quod im-
minet nobis periculum diminutionis glorie im-
minet etiam nobis periculum alicuius nocumen
ti. Secundo nullus timor eſt inuidia ſed omnis
triſticia de bono alterius inq̃ztum eſt diminutiuũ
glorie ⁊ excellentie noſtre eſt timor ergo nulla ta
lis triſticia eſt inuidia. Maior eſt Ariſto. ſecũdo
retho. et Thom. ar. eodem in quo hãc concluſio
nem terminat et minor probatur omnis triſticia
vel turbatio ex appꝛ̃henſione futuri mali aut cor-
ruptim aut contriſtatim de prope apparentis
eſt timor vt patet per Ariſto. ſecundo retho. diffi
nientem timorem cum ait Sit itaꝗ timor triſti-
cia vel turbatio ex fantaſia futuri mali aut cor-
ruptim aut cõtriſtatim et paulo poſt et hoc ſi nõ
longe ſed ꝓpe videant̃ vt in proximo futura Et
hoc declarat dicens que enim longe valde ſunt
non timentur ſciunt enim omnes ꝙ morientur
ſed quia non prope nichil curant ſed ita eſt ꝙ
diminutio glorie eſt malum corruptiuum vel cõ
triſtatiuum quod aliquando de prope videtur fu
turum ergo turbatio de bono alterius inq̃ztum ẽ
huiuſmodi glorie noſtre diminutiuum eſt timor.
Tertio quicquid facit triſticiam de bono alteri-
us non eſſe ꝓpter ipſum ꝓximum de cui⁹ bono tri
ſtamur ſed propter eum qui triſtatur facit triſti-
ciam non eſſe inuidiam ſed triſticiam eſſe de bo-
no proximi inq̃ztum eſt diminutiuum glorie no
ſtre facit triſticiam non eſſe propter ipſum de cu
ius bono triſtamur et eam eſſe propter nos qui
triſtamur ꝙ hoc ſufficienter facit ꝙ triſticia talis
non ſit inuidia. Maior patet per diffinitionez in
uidie ſupra poſitam et minor probatur Tum qa
facit triſticiam huiuſmodi eſſe propter nos. Tuz
ſecundo quia triſticiam eſſe de bono alterius ne
inde aliquod nocumentum nobis accidat facit
eam non eſſe gratia proximi ergo etiam triſtici-
am eſſe de bono alterius ne inde diminuatur glo
ria noſtra facit eam non eſſe gratia proximi Ne-
ꝗ valet dicere ꝙ licet diminutio glorie ſit malũ
non eſt tamen nocumentum quia omnis priua-
tio boni nocumentum eſt. Tũ ſecundo quia Ari-
ſtoteles in illo paſſu vbi diffinit inuidiam non
vtitur nomine nocumenti ſed nomine mali Non
erit inquit inuidia ſed timor ſi propter hoc tri-

ſticia exiſtit et turbatio quia ipſi aliqͥd erit malū ab ipſa bona actione Ex his pꝫ ꝙ opinio Tho. contradicit Ariſ. ⁊ ſibi ipſi. cū ſecūda pars īferat contradictoriā p̄rie. Quarto poſſibile eſt ꝙ aliqͥs triſtet̄ de bono ꝓximi ꝓpter ipſum proximū quia ſcꝫ non vult ſibi bene eſſe ⁊ non inq̄ꝫtū eſt diminutiuum glorie ſue ⁊ poſſibile eſt etiaꝫ ꝙ quis triſtetur de bono ꝓximi inq̄ꝫtū eſt diminutiuū glorie ſue ⁊ non propter ipſum proximū ſed in tali caſu primū eſt inuidia ⁊ nō ſecundū igitur ¶ Quinta

Quīta ꝯclō conclusio aliqua īuidia eſt gaudiū ⁊ delectatio de malo alicuiꝰ Probatur ponat̄ caſus ꝙ inuidus hodie triſtet̄ de bono ſortis ⁊ cras bonuꝫ illud ab eo auferatur tunc conſtat ꝙ īuidus ille gaudebit et non per iram nec per odiuꝫ nec ꝑ nemeſim nec per zelum nec per timoreꝫ quia pono ꝙ non habeat aliaꝫ paſſionē ab inuidia ⁊ ꝙ non gaudeat de ablatione illius boni neqꝫ qꝛ vindictam petit neqꝫ quia odit neqꝫ qꝛ eū putat indignuꝫ neqꝫ quia male eū habere neqꝫ quia timebat ne per illud bonum eueniret ſibi aliud malū ergo per inuidiam gaudet. Et per conſequens gaudiū illud eſt inuidia cum non ſit actus cuiuſcūqꝫ alteriꝰ paſſionis

Sexta ꝯclō ¶ Sexta concluſio non quodlibet gaudiū de malo eſt inuidia ſed gaudium de malo qđ eſt carentia boni qđ nolebamꝰ ineſſe ꝓximo propter ſe ipſum. Probatur primo quia fere omnia que enumerata ſunt in ſupradicta concluſione ſunt gaudium de malo et tamē nulluꝫ predictorū eſt inuidia Secūdo probatur expreſſa auctoritate Ariſ. ſecundo retho. ita dicentis Contraria aūt cōtrariū idem eīn qui gaudet de malo ⁊ inuidus eſt de quo eīn quis triſtatur facto ⁊ exiſtente neceſſariū hīs de priuatione huius ⁊ corruptione gaudere vbi vult dicere Ariſ. ꝙ oīs inuidus qui triſtat̄ de bono inexiſte ei cui īuidet gaudet de priuatiōe illiꝰ boni hoc ē ſi illo bono priuetur gaudet Non ꝗ intelligit ꝙ circa quodlibet maluꝫ proximi eſt inuidia ſed circa malum qđ eſt carentia illius boni propter quod triſtabatur cum inexiſtebat.

Septima concluſio, ¶ Septima concluſio. Omnis inuidia eſt circa bonum ꝓximi. Probatur qꝛ omnis inuidia ſiue ſit triſticia ſiue ſit gaudium eſt nolitio boni ꝓximi Sed omnis nolitio boni proximi eſt circa bonum proximi ergo omnis inuidia eſt circa bonuꝫ proximi Maior probatur oīs inuidia eſt triſticia vel gaudiū ſi ſit triſticia tunc eſt nolitio boni ꝓximi īexiſtētis Si ſit gaudiū tūc eſt nolitio boni ꝓximi corrupti vel ablati vel non inexiſtentis qđ iā exiſtimabatur de prope futurum. Secundo Omnis inuidia que eſt gaudium de malo ꝓximi ē circa bonuꝫ proximi ergo omnis inuidia eſt circa bonum proximi conſequentia tenet quia omnis alia inuidia ab iſta eſt circa bonum proximi Et antecedens patet quia inuidia non eſt gaudiū de malo vt dictum eſt niſi qꝛ eſt gaudiū de carentia boni ſed omne gaudium de carentia boni alicuius eſt nolitio illius boni ergo omnis inuidia que eſt circa malum proximi eſt circa bonum eiuſdem.

Quoddam notabile. ¶ Pro quo aduerte ꝙ idem actus voluntatis cum vna apprehenſione eſt triſticia vel cauſa triſticie et cum alia apprehenſione eſt cauſa gaudij ⁊ delectationis verbi gratia. Nolitio boni proximi cum apprehenſione inexiſtentie talis boni eſt triſticia cū apprehenſione vero carētie eiuſdem eſt gaudium. Tercio Omnis inuidia eſt triſticia de bono ꝓximi vel gaudium de malo nō qꝛ ſibi velit male eſſe abſolute quia tūc eſſet odiū mꝫ ſed quia non vult ſibi bene eſſe ſed omnis nolitio circa bene eſſe alicuius circa bonū illius inuidia eſt circa bonū ꝓximi igitur. Octaua cōcluſio inter ſimiles ⁊ prope equales inuidia eſt. pꝫ auctoritate Ariſ. ſecūdo rethorice dicentis triſticia quidem eīn cōturbans ⁊ inuidia eſt ad bonam actionem ſed non indigni hoc eſt nō quia illo bono ſit indignus ſed equalis ⁊ ſimilis ⁊ duobus capitulis interpoſitis ait. Si quidem eſt īuidia triſticia quedā ſuper bona actione apparente dictorū bonorum ⁊ circa ſimiles Cuiuſmodi autem ſimiles intelligantur declarat declaratione Similes autem dico ſecundū genus ſcđm cognationem ſecūdum ſtaturam ſecūdum habitū ſcđm opinionem ſecundum ea que exiſtunt. Et ſequit̄ etiam quilibet ī modico defuit ꝙ nō omnia exiſtunt vbi vult Ariſtoteles ꝙ oēs quibꝰ inſunt aliq̄ laudabilia eiuſdeꝫ ſpeciei aut equaliter aut fere eq̄liter ita ꝙ bonū vnius non multū excedit bonū alterius inclinantur ad inuidendum ſibijpſis. ¶ Nona concluſio omnes cupientes credi ⁊ opinari excellere in aliquo bono inclinati ſunt inuidere eis qui in modico excellunt eos aut deficiunt ab eis in tali bono iſta cōcluſio probatur auctoritate Ariſ. ita dicentis de quibꝰ autē inuidētur bona dicta ſunt in quibꝰ enim amāt eſſe in opinione ⁊ amātes honorari in operibus ⁊ appetūt opinionē ⁊ quecūqꝫ ea fortuna ſunt fere circa oīa inuidia eſt Ex quo infert̄ ꝙ magna tractātes cōiter inuident ijs qui magna tractāt pꝫ cupiūt honorari in magnarū rerū geſtione Sequit̄ ſcđo ꝙ oēs q̄ honorātur ſingularit̄ in aliquo ⁊ maxīe in ſapiētia ⁊ felicitate inuident cōiter ijs qui ī eiſdē honorant̄ Sequitur tertio ꝙ oēs amatores honoris ⁊ oēs opinati ſapiētes ⁊ vīr amatores fame circa aliquid inuidi ſunt circa hoc ⁊ etiā puſillanimes ſunt circa illud primū ꝓbat̄ vt priꝰ qꝛ oēs tales cupiūt bonū nomen ⁊ laudabilē opinionē circa hoc ⁊ ideo cū dico ⁊ omnes opinati ſapiētes intelligo de ijs q̄bus hmōi opinio ſapientie cure eſt ⁊ deſidero. ꝙ autē oēs tales ſunt puſillanimes circa illud bonū ī quo honorari cupiūt ꝓbat̄ rōe Ariſ. qꝛ talibꝰ oīa magna vident̄ vbi intendit Ariſ. hāc rōeꝫ oīs ille eſt puſillanimis circa aliq̄d in quo oīa ſibi magna vident̄ aut difficilia ſed cupiētibꝰ honorari in ſapientia aut felicitate oīa opera ſapiētie ⁊ felicitatis ex quibꝰ honorē aſſeq̄ ⁊ habere in opinione pn̄t ſibi vident̄ magna ⁊ difficilia igitur ſequit̄ quarto ꝙ bene fortunati ī eufortunijs que ipſi appetunt aut oportere ſe habere putant inuident communiter ijs qui eis in ſimilibus eufortunis fere ſimiles ſunt ita ꝙ parū excellunt eos vel deficiunt ab eis patet ex dictis

Decima ꝯclō ¶ Decima cōcluſio ⁊ ſi īuidia ex appetitu glorie ⁊ ꝓximiꝰ adhuc ex timore naſcat̄ nō tamē ipſa pro fine gloriā vel honorē hꝫ. prima pars probatur ex nona concluſione ⁊ correlarijs inde illatis et q̄bus patet ꝙ illi ſoli ſunt īuidi qui cupiunt opinionem excellentie ī aliquo quod nē

eſſet niſi iuidia ex hmōi appetitu honoris naſce-
retur et ī hoc multum apparenter fundauit opi
nionem ſuam beatus Tho. qua ſentit q̄ inuidus
odit bonum proximi inq̄ʒtum eſt diminutiuum
glorie ⁊ excellentie ſue michi autem videt̄ q̄ ibi
ſunt quattuor p ordinem pm̄ū eſt appetitus gl̄ie
et opinionis circa aliq̄d puta circa ſapientiā aut
formam aut īduſtriaʒ aut aliquid aliud ⁊ iſte ap
petitus non eſt iuidia vt conſtat ſecūdum eſt nol
le bonum conſimile ineſſe alteri ne per hoc dimi
nuatur gl̄ia eius et hoc nolle non eſt iuidia ſed p
tinet ad timorē ſi veriſimile ſit q̄ ſit in futurum
Tertiū eſt triſticia de bono tali inexiſtente pro-
ximo inq̄ʒtum eſt diminutiuum boni noſtri ⁊ hec
triſticia ſecundum Ariſt. eſt timor et non iuidia
quartum eſt triſticia de bono tali īexiſtente pro-
ximo q̄ꝛ nolumus ſibi bene eſſe et hec triſticia eſt
inuidia ſicut eñ ex inueterata ira q̄ appeto huic
malum per modum vindicte oritur odiū quo ſi-
bi volo ſimpl̄r male eſſe ita dico q̄ ex timore di-
minutionis glorie noſtre et triſticia bonorum p-
ximi inq̄ʒtum dimunitiua ſunt gl̄ie noſtre īuete-
rata oritur iuidia qua ſimpl̄r et abſolute nolumꝰ
proximo cui inuidemus bene eſſe Ariſt. ergo di-
xit eos iuidere qui cupiunt honorari in aliquo et
bonam ac laudabilem opinionem aſſequi non q̄ꝛ
inuidia pro fine ſuo appetituʒ honoris et glorie
habeat ſed q̄ꝛ mediante ex appetitu gl̄ie et pro-
ximiōs ex timore dimunitionis eius oritur et na-
ſcitur ex hiis īfero contra Tho. q̄ ex puſillanimi
tate non ſequitur iuidia ſed potius econtra ex iui
dia ſeq̄tur puſillanimitas ad ſenſum dicendum
Tho. autem īponit Ariſt. dixiſſe q̄ puſillanimes
ſunt inuidi et applicat ad hoc probandum rōnē
Ariſt. quia omnia eis magna videntur hec opi-
nio Tho. non bene concordat cum hiis qui eodē
loco dixit Et ideo arguit̄ ſic nullus iuidet ī his
in quibus ſe multum putat deficere ſed puſillani
mis oīa reputat magna et ſibi difficilia vt dicit
Ariſ. et approbat Tho. ergo puſillanimis ex pu
ſillanimitate ſua potius retrahitur ab iuidia q̄ʒ
ad eam īducatur maior eſt Ariſt. et Tho in eodē
loco ſcʒ ſecunda ſecunde. q. xxxvi. ar. i. in reſpon-
ſione ad tertium argumentum dicentis q̄ nullꝰ
conatur ad ea ī quibus eſt multuʒ deficiens et iō
cum aliq̄s in hoc eum multum excedat non īui-
det ſed ſi modicum deficiat Confirmat̄ nullus
inuidet ei a quo putat ſe ī magno ſuperatum eſ-
ſe vt patet ex nunc allegatis ſed puſillanimes q̄c
quid boni alicui accidat ſe reputant ī magno ſu
peratos eſſe ergo puſillanimes non īclinantur p
puſillanimitatem ſuam ad iuidiam maior ⁊ mi-
nor ſunt Tho. in ſolutione allegata dico ergo q̄ ī
uidia non oritur ex puſillanimitate ſed econtra
puſillanimitas ex cauſis inuidie potius orit̄ om
nibus eñ amatoribus honoris et fame ea vidē-
tur magna et difficilia per que paratur honor et
fama ſed aliquid videri magnum eſt cauſa puſil
lanimitatis ne videamus cognari aggredi. illud
ex eo q̄d nobis videtur magnuʒ ideo huiuſmodi
appetitus honoris et fame facit hominem puſil
lanimē neq̄ʒ habʒ Ariſt. q̄ inuidi ſunt puſillani
mes ſed habet ſic vt vl̄r amatores fame circa ali
quid iuidioſi circa hoc et puſillanimes q̄ue pro-
poſitio habet duplicem ſenſum vnum ī propriū
amatores fame ſunt inuidi et puſillanimes ſunt
inuidi et ī iſto ſenſu accepit litteram Ariſt. Tho.
alium ſenſum habet proprium et non extortum
amatores fame ſunt iuidi circa id circa quod fa-
mam amant et idem amatores fame circa aliq̄d
ſunt puſillanimes circa illud ex quo textu nō ha
betur nec q̄ inuidi ſint puſillanimes nec ecōtra
ſed q̄ ex vna ⁊ eadem cauſa oritur iuidia ⁊ puſil
lanimitas et ad ſenſum dictum habet̄ Job. v. p-
uulum occidit iuidia paruuluʒ hoc eſt puſillani
mem non quidem quia puſillanimitas cauſat iui
diam ſed q̄ꝛ quando hec coniunguntur ī eodem
ſcʒ appetitus fame puſillanimitas et iuidia tan-
ta inde vis triſticie oritur vt frequenter ſequatur
mors nam cum famam appeto nolo bene eē hu
ic per inuidiaʒ et nolo aggredi aliquod opꝰ egre
gium per puſillanimitatem quod aggreditur il-
le cui ego iuideo et ſi hoc ſepe fiat tanta triſticia
ſequitur vt mortem nonnunq̄ʒ inferat Et ſi dicas
bene ſequit̄ amatores fame ſūt iuidi ⁊ puſillani-
mes ḡ puſillanimes ſūt iuidi Scd̄o illa triſticia
vltimo cāta eſt iuidia cū ſit triſticia de bono pxi
et cāta eſt ex puſillanimitate ḡ puſillanimitas ē
cauſa triſticie. Ad pm̄ū rñdeo ɔcedēdo ɔñs ī ſen
ſu dialectico hoc ē accipiendo ipſum vt eſt pro-
poſitio cathegorica ſed nego ipſum vt eſt pro-
poſitio cauſalis ſcd̄m moduʒ loquendi Ariſt. in
.i. phiſ. in q̄ ſenſu nō tantum ſignificatur hoc eſ-
ſe hoc ſed q̄ res q̄ importat̄ per ſbcm̄ ſit cā rei ī
portate per p̄dicatū cā quidē per ſe. Ad ſcd̄m di
co q̄ amor fame ⁊ puſillanimitas dr̄nt̄ cānt iuidi
aʒ q̄ꝛ amor fame cāt iuidiā per ſe etiā vbi nō ē cō
iunctꝰ puſillanimitati. puſillanimitas aūt non
ſic p ſe cāt iuidiā niſi ſit ɔiūcta amori fame ⁊ ho
noris q̄ꝛ ḡ puſillanimitas aliq̄n cōiūcta ē amori
⁊ aliq̄n nō cū mlti ſint puſillanimes q̄ꝛ nō mltū
curāt de fama ⁊ honore iō aliq̄n cāt iuidiā puſil
lanimitas et aliq̄n nō ſed amor fame ſiue ɔiun-
cta ſit puſillanimitas ſiue nō eā regularit̄ cāt p
hūc modū pōt deffendi opinio Tho. ⁊ ɔcordari
cū ea quā ſequuti videmur. Undecia ɔclo ī e-
os regularit̄ habet̄ inuidia q̄ nobiſcū de honore
contendūt pbat̄ auctoritate Ariſto. ſcd̄o retho.
ita dicēris manifeſtū eſt autē ex q̄bus inuidēt et
paulo poſt et ad q̄s ſunt in amore honoris vbi a
lia tranſlatio hʒ ⁊ quibꝰ de honore contēdūt ex
q̄ infert̄ q̄ iuidemꝰ iis q̄ ſunt nobis ppinq̄ tēpo
re loco etate et gl̄ia ſiue opinione fame dixi tem-
pore quia nullus iis inuidet qui ante eum fue-
runt neq̄ʒ futuris neq̄ʒ mortuis dixi loco quia
non inuidemus iis qui apud herculis columnas
habitāt dixi gl̄ia q̄ꝛ nullus iuidet iis q̄s ſcit mlto
maiores gl̄ia aut multo mīores pbat̄ correla
riuʒ q̄ꝛ nos ɔ oēs ſic nobis ppinquos de honore
ɔtēdimus Tū ſcd̄o p illud pverbiū cōe cognatū
inuidere ſcit vbi alia tranſlatio propinq̄tas inui
dere ſolet Secundo ſequitur q̄ inuidemus cōi-
ter aduerſariis noſtris et vniuerſaliter iis que ea-
dem nobiſcuʒ cupiunt pbatur primo q̄ꝛ tales no
biſcū de honore ɔtendunt Tū ſcd̄o p illud cōe di
ctū figulus figulo inuidet faberq̄ʒ fabro Tertio

Cōci...

Solu...

Undecima conclu...

Citra ...

ſequitur ꝙ illi qui conati ad aliquid honorificuꝫ non optinuerunt illud aut cū difficultate aut cuꝫ multo ſumptu optinuerunt illud communiter inuident iīs qui cito ⁊ faciliter ⁊ cuꝫ paruo ſumptu illud optinuerunt patet quia ex iīs cauſis diminutio honoris facta eſſe eſtimatur ex qua triſticia infertur et excitatur inuidia. Quarto ſequitur ꝙ iīs cōmuniter inuidemꝰ ꝗ ea bona poſſident que decuit et oportuit non poſſidere vel que aliq̄n poſſidemus quia omnes tales videntur nobiſcuꝫ de honore contendere ⁊ inde eſt ꝙ ſeniores inuident iunioribus ⁊ hoc per experientiam cognoſcimus in doctrina et exercitio litterario ſenes carentes eloquentia aut artibꝰ quibus eos inſudare decuit inuident iunioribus eiſdem rebus inſudantibus. Quinto ſequit̄ ꝙ omnibꝰ iīs inuidemus cōmuniter qui aliquid poſſidēt ꝙ eos poſſidere nobis opprobrium eſt ⁊ per hoc correlariū redditur cauſa et ratio precedentis. opprobrium eſt enim ſenibꝰ ſi iuuenes optinent ea que aut ipſi nūq̄ꝫ optinuerunt aut iaꝫ non optinēt cum tamen deceat ⁊ de-

Cōtra ꝑmā cōcluſionē. cuerit eos talia optinere. ¶ Contra primam concluſionem arguitur inuidie obiectum non eſt malum ſed bonū ſed triſticie obiectum eſt malum ergo triſticia non eſt inuidia maior patet per Gre. quinto mo. dicentem inuido tabeſcentem mentē ſua pena faciet q̄ꝫ felicitas torquet aliena et minor videtur certa. Secundo triſticia ex aliquo defectu cauſatur ⁊ inde eſt ꝙ illi qui ſunt in magno defectu ſunt ad triſticiā proni ſed inuidia nō cauſatur ex defectu ꝗ inuidia nō eſt triſticia minor pꝫ q2 ſcd̄m Ariſ. ii. retho. illi qui ſūt i modico defectu ⁊ q̄ ſūt amatores honoris ⁊ q̄ reputātur ſapiētes ſūt inuidi.

Solutiōes. ¶ Ad primā concedo maioreꝫ de primario obiecto et nego minoreꝫ ⁊ dico ꝙ triſticia eſt de omni quod nolentibꝰ nobis accidit ⁊ quia bonum aliquando accidit ꝓximo nolentibus nobis ideo triſticia eſt circa bonum. dico ſecundo ꝙ malum accipitur dupliciter vnomodo pro turpi vel nociuo aliomodo pro diſpliſcibili ſicut bonū pro eo quod placet dico ergo ꝙ triſticia eſt circa illud quod eſt malum nobis: vel diſplicens ſed illud idem eſt bonum ꝓximo. Ad ſecundam diſtingo maioreꝫ vel ꝙ triſticia cauſet̄ ex aliquo defectu. i. ex eo ꝙ aliqua res ⁊ perfectio nobis deficiat ⁊ ſi ſic intelligatur vniuerſaliter de omni triſticia nego vel ꝙ triſticia cauſetur ex aliquo defectu. i. ex eo ꝙ nolitiones vel volitiones noſtre deficiunt ⁊ ſuo effectu fruſtrantur et ſic concedo q2 vt dictum eſt triſticia eſt cum nolentibus nobis aliquid accidit et ad minorem dicitur ꝙ illa habet duplicē ſenſum vnus eſt ꝙ illi qui ſunt in modico defectu vel quibus modicum deeſt de perfectione inuident et hoc non habet Ariſ. alius ſenſus eſt ꝙ homines inuidēt iīs cōmuniter quibus ſunt multum ſimiles ita ꝙ vel modicum deficiūt ab eis vel modicum excellūt eos et hoc eſt verum quia cum hoc ſtat ꝙ eis nolentibus aliud bonū ꝓ-

Cōtra q̄rtā cōcluſionē. ximo cui inuident eueniat. ¶ Contra quartam concluſionē arguitur ſic nulli ſunt inuidi niſi appetant honorem ⁊ opinioneꝫ bonam circa aliq̄d ergo inuidia eſt triſticia de bono ꝓximi inq̄ꝫtum eſt diminutiuū glorie eius antecedens patet per nonam et vndecimam concluſiones ⁊ omnia correlaria ibidem poſita. Secūdo de nullis bonis inuidemus niſi de iīs in quibus appetimꝰ gloriari igitur. Tercio arguitur per Grego. dicētem in vi. mora. inuidere non poſſumus niſi eis quos in aliquo nobis meliores putamus. Quarto ſecunduꝫ Grego. inuiduꝫ felicitas torquet aliena ⁊ non q2 inuidꝰ vult male eſſe ei cui inuidet quia tunc odiret neqꝫ quia per bona ꝓximi timet nocumentuꝫ ſibi in bonis ſuis naturalibus aut in poſſeſſionibus inferri quia tunc potius timeret qui inuideret ergo ideo torquetur quia bonuꝫ proximi diminutiuum eſt glorie eius. Ad iſtas rationes ſatis reſponſum eſt ex dictis.

¶ Ad primam concedo maiorem ⁊ nego conſequentiam quia hoc non cōtingit ex eo ꝙ inuidia ſit triſticia de bono proximi inq̄ꝫtum eſt diminutiuū glorie noſtre ſed quia inuidia non cauſatur ſine appetitu glorie vel honoris vel fame vel aliarū reruꝫ circa quas poteſt eſſe contra arguiſatio. Ad ſecundā ſimiliter. Ad tertiaꝫ Ariſt. diceret ꝙ ad inuidere alicui ſufficit eſtimare nos in modico excellere eum ⁊ non requiritur ſemper ꝙ eſtimemus nos ab eo excelli ꝓ cōcordia tamē Grego. et Ariſ. dicit̄ ꝙ aliqui poſſūt comparari in aliqua perfectione dupliciter vnomodo ſecundum talem perfectionem in genere ⁊ abſolute puta cuꝫ comparantur aliqui in eloquentia vel in dyaletica vel in theologia ⁊ de tali cōparatione loquitur Ariſ. ſecundo modo poſſunt aliqui comparari ſecundū conditiones illius perfectionis aut operū eius vt cum dicimus iſtum citꝰ et minori ſumptu acquiſiuiſſe perfectioneꝫ q̄ꝫ ille aut in operando ſecundū eam felicius iſti q̄ꝫ illi contigiſſe aut maiora bona ex ea huic q̄ꝫ illi ꝓuētura eſſe aut aliquo alio mō ſimili ⁊ ita videtur intellexiſſe Grego. ſiue tamē itelligatur primo mō vel ſecundo modo non concludit aliud niſi ꝙ inuidia cauſatur ex huiuſmodi appetitu glorie. Ad quartā concedo primā ptē añtis ⁊ ſecundaꝫ ⁊ tertiam ⁊ nego conſequentiam quia relinquit̄ vnum membruꝫ torquet enim inuidū felicitas aliena q2 non vult bene eſſe ei cui inuidet ⁊ concedo ꝙ volitio ⁊ appetitus glorie partialiter cauſauit mediate vel immediate iſtam nolitionem modo dictam in decima concluſione.

Cōtra q̄ntā cōcluſionē. ¶ Contra quintam concluſionem arguitur ſic omnis inuidia eſt triſticia ergo nulla inuidia eſt gaudium conſequentia tenet quia nullum gaudium eſt triſticia. Secundo quia vel eſſet gaudio de aliquo malo vel de quolibet non de aliquo quia no eſt maior ratio de vno q̄ꝫ de alio non de quolibꝫ tuꝫ primo quia nō quodlibet malum ꝓximi eſt augmentatiuum glorie noſtre. tum ſecūdo quia vt videtur ex ratione Ariſ. inuidia nō eſt gaudiū niſi de malis illis que ſunt carentia bonorū que nolumus ineſſe proximo.

Solutiōes. ¶ Ad primam reſpondeo negando maiorem eadem enim nolitio mediante apprehenſione inexiſtentie boni noliti dicit̄ triſticia ⁊ mediante apprehenſione carētie eiuſdem boni dicitur gaudium ſed quia non ſimul bonum illud ineſt et non ineſt ideo illa nolitio non ſimul dicitur triſticia et gaudium ſed ſucceſſiue ideo q̄ꝫuis iſte non ſit concedende omnis inuidia eſt triſticia et in-

uidia que eſt triſticia eſt inuidia que eſt gaudiuʒ
tū non propter hoc ſequitur ꝙ inuidia que eſt tri
ſticia ſit alia res ab inuidia que eſt et erit gaudi=
um eo ꝙ eadem inuidia eſt nunc triſticia et poſt=
ea gaudium et econtra ſi tamen ſimul aliqua in=
uidia eſſet triſticia et aliqua gaudiuʒ iſta eſſet cō
cedenda om̄is inuidia que eſt triſticia eſt alia res
ab inuidia que eſt gaudium et iſta dicta ſint non
ponendo triſticiam et gaudium res diſtinctas a
volitionibus et nolitionibus ꝙ ſi ponerentur eſ=
ſe res diſtincte vt videtur Guil. okā. tunc ex no=
litione cum vna apprehenſione cauſaretur triſti=
cia et ex eadē nolitione cū alia apꝑhenſione căre
tur gaudiū qđ eſſet aliud a triſticia et tūc īuidia q̄
eſt triſticia nec eēt nec foret īuidia que eſt aut erit

**Aliquid dr inuidia du pliciter.**

gaudiū ¶ Aliter rn̄deo ꝙ aliqđ dr inuidia dupli
citer vnomodo per ſe primo aliomodo per alte=
rum exemplum primi vt nolitio que habet bonū
proximi ſecundum ꝙ in eis exiſtens pro obiecto
et nolitio que habet carentiaʒ huiuſmodi boni ꝓ
obiecto quelibet enim harum eſt inuidia per ſe
primo et prima eſt triſticia et ſecunda gaudium
et preterea prima non ſolūʒ numero ſed etiā ſpe
cie diſtinguitur a ſecunda propter diſtinctionem
obiectorum aliomodo aliquid dicitur īuidia per
alterum ſcilicet ratione eius quod eſt inuidia per
ſe vt eſt nolitio boni cum vna apprehenſione id
ergo quod eſt inuidia per ſe non poteſt eſſe ſucceſ
ſiue triſticia et gaudium id vero quod eſt īuidia
per alterum poteſt eſſe ſucceſſiue triſticia et gau=
dium īmo et poteſt non eſſe inuidia et poteſt non
eſſe triſticia et poteſt non eſſe gaudium formali=
ter patet ſi cum tali nolitione nulla ponatur ap
prehenſio boni inexiſtentis nec carentie eius. Ad
ſecundam dicitur ꝙ inuidia non eſt gaudium de
quolibet malo alias videretur ꝙ omne odiuʒ eſ=
ſet inuidia ſed eſt primo gaudium vt dictum ē de
carentia boni quod per inuidiam nolimus ei in=
eſſe cui inuidemus ꝙ ſi progrediatur vltra tunc
eſt gaudium de malo proximi quia ſibi bene eſſe
nolumus quod ſi progrediatur inuidus vltra vt
gaudeat de malo proximi et de quocunq̧ indiffe
renter et hoc quia vult ſibi male eſſe tunc iam in
uidia peperit odium per quod et non per inuidiā
volumus male eſſe proximo et gaudemus de ma
lo quia nolumus ſibi male eſſe Ex hoc patet ꝙ ē
maior ratio ꝙ īuidia ſit de vno malo proximi q̄ʒ

**Contra ſeptimaʒ ɔcloſionem.**

de alio. ¶ Contra ſeptimam concluſionem argu
itur ſic aliqua inuidia eſt circa malum proximi ḡ
non omnis inuidia eſt circa bonum proximi con
ſequentia tenet qꝛ idem actus voluntatis eſt cir=
ca bonum et malum. Secūdo omnis īuidia aut
eſt volitio circa proximum aut nolitio ſi volitio
enim non ſit volitio bonoruʒ proximi ſequitur ꝙ
eſt volitio malorū et per conſequens eſt circa ma
lum et non circa bonum ſi nolitio cum non noli=
tio maloruʒ proximi ſed bonorum ſequitur ꝙ eſt

**Reſponſio**

circa bonum et non circa malum igitur. ¶ Ad p̄
maʒ concedo maiorem et nego conſequentiaʒ qꝛ
idem actus voluntatis eſt circa bonum et maluʒ
cum enim ego gaudeo ꝙ cares ſapiētia quia no=
lo tibi bene eſſe actus voluntatis mee eſt circa ca
rentiam ſapientie quā tibi volo et ſic eſt circa ma
lum et eſt circa bene eſſe tuum nollendo ipſuʒ ti
bi et ita eſt circa bonum et ad probationem nega
tur aſſumptum. Ad ſecundam ſecunduʒ aliquos
diceretur ꝙ inuidia dicit duos actus puta vel du
as nolitiones vel vnam volitionem et vnam no=
litionem quorum actuum nullus eſt inuidia ſed
ambo ſimul ſunt inuidia ſecundum alios āt reſ=
pondeo ꝙ inuidia aliqua ſimul eſt volitio et no=
litio volitio ſcʒ carentie boni noliti ineſſe et noli=
tio bene eſſe proximi ſicut actus quo volo pecca=
re propter deum ſimul eſt nolitio peccati et amor
dei nec hoc apud multos ē inconueniens. ¶ Cō

**Cōtra octauaʒ ɔcluſionem.**

tra octauam concluſionem arguit̃ ſic ſimilitudo
non eſt cauſa triſticie ſed vt dictum eſt inuidia
eſt triſticia: ḡ inter ſimiles non eſt inuidia maior
patet qꝛ ſimilitudo eſt cauſa delectationis. Se=
cundo arguitur ſeniorum ad iuniores eſt inuidia
vt habet. Ariſto. ſed tales non ſunt ſimiles ergo
non eſt inter ſimiles īuidia. Tertio multi ſunt ſi
miles inter quos non eſt inuidia ergo ſimilitudo

**Solutiões.**

non eſt cauſa inuidie. ¶ Ad primam nego ante=
cedens et ad probationem nego conſequentiam
ſimilitudo enim cum appetitu glorie et timore ꝑ
ditionis huiuſmodi glorie cauſat triſticiam et i=
uidiam ipſa autem ſine huiuſmodi appetitu glo
rie et timore perditionis cauſat concordiam ⁊ de
lectationem nichil enim vt ſepe dictum eſt pro=
hibet aliquid cum vna cauſa cauſare vnum ⁊ ip
ſum per ſe aut cū alia cā cauſare oppoſitum. Ad
ſecundam concedo antecedens pro vtraq̧ parte
et nego conſequentiam tuʒ primo quia non ſola
ſimilitudo eſt cauſa inuidie ſed multe alie cauſe
eam inducunt puta cum opprobrium eſt ſenio=
ribus eos carere bonis illis que iuuenes poſſidē
tum ſecundo qꝛ non tantum ſimilitudo inexiſtēs
eſt cauſa īuidie ſed etiā ea quam decuit vel opor
tuit ineſſe lʒ ergo ſenes ſint iuuenibus diſſimiles
etate qꝛ tamen decuit eos eſſe ſimiles aut multuʒ
excellere in ſapientia et tamen multum ab eis in
illo bono deficiunt et non ſunt ſimiles ideo inui=
dent iunioribus etate ſimilitudo ergo et aliquan
do diſſimilitudo eſt cauſa inuidie circa eos quos
decuit et oportuit excellē. ꝙ autē diſſimilitudo ſit
aliquando cauſa inuidie patet per gloſaʒ ad ro.
.i. ita dicentem inuidus dr̃ qui alterius felicita=
te torquetur et ſic inducitur in duplicem paſſionē
cum aut ꝙ ipſe eſt alium eſſe non vult aut alium
videns meliorem dolet ſe non eſſe conſimilem eſt
tamen ibi aliqua ſimilitudo puta conſimilis ſtu
dij profeſſio et hoc ſufficit pro intentione Ariſt.
vbi tamen eſt pro maiori parte paritas ſimilitu=
dinis cum appetitu glorie in vtroq̧ eſt cauſa mu
tue inuidie vbi autē in aliquo alio diſparitas aut
in pluribus nec ſimilitudo nec diſparitas in bo=
no de quo eſt īuidia et cū appetit⁹ glorie non eſt
cauſa mutue inuidie ſed eſt tantuʒ cauſa īuidie
in illo qui propter huiuſmodi diſparitatem non
excellitur vel nō equatur ab alio niſi cum oppro
brio ſuo verbi gr̃a inter iuuenem et ſenē eſt diſpi
tas etatis īō ſi iuuenis equat̃ ſeni aut eū notabi
liter excedat in ſapientia iuuenis nō ob hoc īuidʒ
ſeniori ſed eꝯ. Ad terciaʒ ɔcedo ꝙ ſimilitudo nō
eſt cauſa adequata et totalis inuidie ſed cuʒ ea cō

currit appetitus glorie et timorperditionis eius
Cōtra deci= mā ɔclōnē ¶ Contra decimam concluſionē arguitur ſic no
litio boni proximi habens pro fine gloriam no=
ſtram hoc eſt inq̄ʒtum eſt diminutiuum glorie no
ſtre non pertinet ad ſuperbiaʒ nec ad iraʒ nec ad
accidiam/nec ad gulam/nec ad luxuriam/nec ad
auariciam ergo pertinet ad inuidiam cōſequētia
tenet quia ſecundum auctores ſacros omnia pec
cata ſub aliquo iſtorū ſeptem peccatorum conti=
Solutio. nentur. ¶ Ad hanc rationem concedo ꝙ non
continetur ſub aliquo predictorū peccatorum ſed
reducitur ad inuidiam non quia ſit inuidia pro=
prie ⁊ ſtricte accepta ſʒ quia eſt cauſa proxima in=
uidie non contenta ſub aliquo predictorum pec=
catorū eſt enim actus ille proprie actus timoris
ſed quia timor non eſt nomē peccati eo ꝙ aliquis
timor eſt ordinatꝰ ⁊ aliquis inordinatus ideo cuʒ
nullum genꝰ peccati nomine timoris ſignificetur
actꝰ ille qui proprie eſt timor reducitur ad pctm̄
inuidie non qꝛ ſit inuidia proprie ſed quia eſt cau
ſa ꝓxima īuidie ſub nullo alio gn̄e pcti contētꝰ.
¶ Contra id quod dictum eſt in quarto correla=
Cōtra quar tū correla= rium. rio ſecunde concluſionis ſcilicet ꝙ ſeniores inui=
dent iuuenibus ⁊c̄. Arguitur primo ſic memoria
bonorum habitoruʒ eſt cauſa delectationis ergo
non eſt cauſa triſticie ergo non eſt cauſa inuidie
ergo non inuident ſeniores iunioribus ꝓpter cau
ſam dictam. Secundo habet Ariſtote. ſecūdo re=
thorice ꝙ inter ſimiles etate eſt inuidia ſed iuue=
nes et ſenes non ſunt etate ſimiles ergo inter eos
Solutiōes. non eſt inuidia. ¶ Ad primum concedo antece=
dens ⁊ nego conſequentiam licet enim memoria
bonorum habitoruʒ per ſe ſit cauſa delectationis
tamen memoria bonorum habita cuʒ apprehen=
ſione ꝙ iuuenes hn̄t bona conſimilia vel maiora
eſt cauſa triſticie inq̄ʒtum vt dictum ē hoc eſt ſeni
bus opprobrioſum et vituperabile ⁊ diminutiuū
ſue fame hec aūt triſticia eſt cauſa triſticie que eſt
inuidia. Ad ſecundam concedo antecedens ſed
cum hoc ſtat quod inter non ſimiles etate etiā eſt
inuidia licet non tam frequenter mutua ⁊ hoc ꝓ
pter cauſam dictam vt em̄ dictum eſt diſſimilitu=
do et ſimilitudo eſt cauſa inuidie in eo cui oppro
brioſū eſt non excedere alterum notabiliter. Ra=
tio ante oppoſitū ſoluta eſt ex dictis.

# Queritur ſcd̄o vtrū

inuidia ſit peccatum mortale? Argui
tur ꝙ non inuidia nulli virtuti cōtra
riatur cum contrarietur tantū nemeſi que eſt paſ
ſio ⁊ non virtus ergo inuidia nō eſt peccatū mor
tale In oppoſitū Arguitur per illud ad Gal. v.
non efficiamur inanis glorie cupidi inuiceʒ pro=
Nolumus bonū proxi mū quintu= pliciter. uocantes inuiceʒ inuidentes ¶ Notandū ꝙ ſicut
ſupra dictum eſt poſſumꝰ nolle bonum proximi
multipliciter vnomodo per modum vindicte. ſe=
cundo modo quia proximꝰ eſt tali bono indignꝰ
tactus talis ꝓprie vocatur nemeſis. tercio modo
quia malemus illud nobis ineſſe ⁊ iſte actus pro
prie eſt zelus. quarto modo quia timemus ne ſi ꝓ
ximo bene ſit nobis male ſit ſiue in bonis corpo
ris ſiue in bonis fame et glorie ſiue in bonis for=
tune vel quibuſuis aliis ⁊ iſte actꝰ ē actꝰ timoris.
quinto mō quia nolumus bene eſſe ꝓximo et vt di
ctum eſt hoc eſt proprie inuidia. ¶ Prima con= Pria ɔclō
cluſio aliquod triſtari de bono alterius inq̄ʒtum
ex eo nobis prouenire poteſt ad nocumentū mo=
do ſupradicto eſt peccatū et aliquod non Prima
pars patet quia triſticia de promotione viri do=
cti ⁊ boni et iuſti ad epiſcopatum quo eſt dignus
quia ſcilicet timemus ne cum promotus erit ipſe
caſtiget et corripiat iniquitates noſtras eſt pecca
tum igitur. Secundo triſtari de profectu alicuiꝰ
in ſapientia timemus ne quia ille proficit in ſapi
entia diminuatur fama et gloria noſtra eſt maluʒ
igitur. Antecedens patet quia hocmodo triſtari
eſt q̄ʒtuʒ in nobis eſt impedire ne talis conſequa
tur ſapientiam cui diligenter incūbit ne etiā con
ſequatur gloriam in ſapientia qua ipſe eſt dignus
ſed conſtat ꝙ hoc eſt peccatum igitur. Secunda
pars patet auctoritate Grego. xxij. mora. dicētis
euenire plurimum ſolet vt nō amiſſa caritate ini
mici nos ruina letificet ⁊ rurſum gloria eius ſine
inuidie culpa nos contriſtet cū et ruente eo quoſ
dem bene erigi credimus ⁊ proficiente illo pleroſ
q̄ʒ iniuſte opprimi formidamus. Secundo iube=
mur odire patrem et matreʒ fratres et ſorores cū
retrahunt nos a preceptis ⁊ mandatis chriſti er
go poſſumus rationabiliter triſtari de promotio
ne et erectiōe eorū a quibus iniuſtaʒ oppreſſionē
timemus imo etiaʒ poſſumus rationabiliter pro
motionem eorum impedire ſi eſtimatio noſtra ſit
multuʒ veriſimilis. Dico ergo ꝙ triſticia illa qua
verſimiliter pro bene eſſe proximi timemus iniu
ſte opprimi vel detrimentum in aliquo pati eſt ra
tionabilis et ſine peccato. Si autē non timetur
iniuſta paſſio nocumenti tunc non videtur excuſa
ri a peccato. ¶ Secunda cōcluſio triſticia de bo= Scd̄a ɔclō
no proximi ex eo quod malemꝰ nobis bonum il=
lud ineſſe non eſt peccatum. Pro quo ſuppono ꝙ
huiuſmodi bonum ſit tale ꝙ ego ⁊ proximꝰ illud
bonuʒ rationabiliter ⁊ ſine vicio poſſidere poſſu=
mus vt beneficiū vel officium vterq̄ʒ eſt dignus ⁊
iſta triſticia vocatur zelus ſecundum Ariſ. aut ſe
cundum aliam tranſlationem emulatio ſecunduʒ
ꝙ emulatio dolor eſt quidam quoniaʒ bona ⁊ ho=
norabilia que ipſe quoq̄ʒ aſſequi poſſet natura ſi=
milibus adeſſe videant̄ non quoniam aliis aſſunt
ſed quoniam non ipſi. Hec cōcluſio probatur au
ctoritate Ariſ. dicentis ibideʒ ideoq̄ʒ ⁊ probū eſt
emulatio ⁊ proborū Tho. vero dicit ꝙ ſi iſte zelꝰ
ſit de bonis honeſtis ē laudabilis ſecundū illud
Apoſ. prime cor. xiiij. Emulami ſpiritualia Si
autem ſit de bonis temporalibus poteſt eſſe cum
peccato ⁊ ſine peccato hec opinio videt̄ michi cō
tradicere Ariſtote. qui vniuerſaliter ponit zelum
eſſe boni moris ⁊ tn̄ inter bona zelabilia ſiue emu
labilia non ſolum ponit virtutes ſed etiam bona
temporalia ita dicens ſi autem ſunt zelabilia ho
norabilia bona neceſſarie virtutes eſſe tales ⁊ que
cunq̄ʒ aliis proficua ⁊ benefactiua. i. ad benefa=
ciendū apta honorant em̄ beneficos ⁊ bonos ⁊ ſe
quitur Et eorū bonorū fruitio eſt proximus velut
diuitie ⁊ pulchritudo magne ſanitate. Ex his a p
paret ꝙ Ariſ. enumerat bona tēporalia inter bo
na zelabilia ⁊ tamen dicit vniuerſaliter zelum eſ=

ſe boni moris. Ad apoſ. aūt reſpōdeo ꝙ ipſe con-
ſulit bona ſpiritualia emulanda eſſe nō quia bo-
norum ſpiritualium zelus ſit peccatum ſed com-
mune zelus ſpiritualiū tanto. eſt melior q̄zto ſpi
Tercia ɔclo ritualia meliora ſunt temporalibus. ¶ Tertia
concluſio triſticia de bono alteri⁹ ex eo ꝙ ille ſit
tali bono indignus non eſt peccatū hec autē tri-
ſticia ſecundum Ariſt. vocatur nemeſis quā no-
ſtrus tranſlator vocat indignationē. Probatᷣ hec
concluſio auctoritate Ariſt. qui nemeſim đr eſſe
boni moris ſecundo em̄ retho. dicit ꝙ triſtari de
malo eorum qui ſunt indigni tali malo quā tri-
ſticia appellat miſericordiam et triſtari de pro-
ſperitate eorū qui indigni ſunt ambo ſunt boni
moris Et vt đr Ariſt. non eſt nemeſis ſiue īdigna
tio de bonis virtutum qꝛ nullus indignatur ſiue
nemeſim habet contra proximum ſi iuſtus ē aut
fortis aut virtutem aliq̄z habet ſicut nec de con-
trariis malis eſt miſericordia ſed nemeſis eſt de
diuitiis potentia et talibus que digne et indigne
poſſideri poſſunt. Secundo probatur rōne Ariſ.
triſticia de malo proximi quo eſt īdignus eſt lau
dabilis quod etiā confirmant omnes ſacri aucto
res ergo triſticia de bonis proximi quibus ipſe ē
indignus eſt laudabilis. Tertio nemo eſt q̄ nō ra
tionabiliter triſtari poſſit de eo quod ſi ī faculta-
te ſua eſſet impedire poſſet rōnabiliter ſed ſi in fa
cultate viri boni et iuſti eſſet impedire talem īdi-
gnum a talis boni aſſecutione ipſe rationabiliter
eū impedire poſſet immo vt vᷣ ſi cooperarerᷣ pec
caret ſicut prelatus peccat conferendo bn̄ficium
et quem ſcit indignus igitur. Quarto vir bonus
et iuſtus ſcit ꝙ affluentia huiuſmodi bonorū cō
muniter facit indignos de indignis indigniores
ergo rōnabiliter poteſt triſtari cum videt hmōi
bona indignis adeſſe Et ideo ſatis miror opinio
nē Tho. in hac pte ſatis apte repħēdentis Ari.
qui vt đr conſiderauit tantum iſta bona tempo-
ralia ſecundum ſe prout ſcʒ poſſunt magna vide
ri non reſpiciendo ad eterna. Et addit Tho. hāc
triſticiam eſſe ī ſacra ſcriptura prohibitam quod
non reputo verum vel latius patebit reſponden
Quarta ɔclo do ad ea q̄bus hoc ipſum ꝓbare conaᷣ. ¶ Quar
ta concluſio non omnis triſticia qua q̄s triſtatur
de bonis proximi ex eo ꝙ proximus excedit eū in
bonis eſt peccatum probatur concluſio ponen-
do ꝙ ſint duo vnus verus theologus et alter he
reticus quorum vterq̄ nititur inducere multi-
tudinem ad ſibi credendum et ille qui eſt hereti
cus excedat alium in fama lʒ non in vera ſcien-
tia et qꝛ excedit eum ī fama multos trahit ī here
ſim ſuā et retrahit a via veritatis tunc theolog⁹
iſtus iuſte et rōnabiliter dolet ꝙ alius excedit eū
in fama. Scđo vir parū doct⁹ et garrulus aliū
excedit in fama et nomīe doctiorem vt ſatis inq̄t
Qui. in inſtitutionibus vbi querit quare īeruditi
frequenter iudicantur ingenioſiores eruditis vbi
in ſubſtantia rn̄det hoc contigere qꝛ tales dicūt
tā ptinētia propoſito q̄ʒ impertinētia Erudit⁹ aūt
qꝛ ſola ptinentia loq̄tur iō pauca đr ſed iſte exceſ-
ſus non fit ſine iniuria viri docti cum ergo quis
poſſit triſtari de omni īiuria ſibi illata non quod
triſticia abſorbente et inuoluente ſed potius exci

tante ſequitur ꝙ licitum eſt triſtari aliq̄ñ ꝙ proxi
mus excedit nos in bonis Eodēmodo poteſt ar-
gui de fama et proſperitate ypocrite de q̄ vir bo
nus et iuſtus poteſt triſtari rōnabiliter ꝙ excedi
tur ab eo in talibus Nec hmōi triſticia inuidia Quinta ɔ
eſt vt ſatis patet ex dictis in precedenti queſtiōe.
¶ Quinta concluſio triſticia de bonis proximi ex
eo precise ꝙ ſibi nolimus bene eſſe ſemper ē pec-
catum. Probatur per Ariſt. ſecundo retho. qui ī
multis locis đr inuidiam ſemper eſſe mali moris
ſed hmōi triſticia eſt inuidia vt pʒ ex dictis in p̄
cedenti queſtione. Secundo oīs quia non vult be
ne eſſe proximo non qꝛ indignus ſit neq̄ qꝛ nocu
mentum inde timet ſed gr̄a eius tantum peccat
ſed oīs qui triſtatur de bōis proximi modo dicto
vult non bene eſſe proximo gr̄a eius ergo omnis
talis peccat Maior patet qꝛ talis non diligit p-
ximum eomodo quo ex precepto diuino teneᷣ eū
diligere qꝛ ex precepto diuino ſic tenemur dilige Sexta ɔ
re proximum qꝛ velimus ſibi bene eſſe. ¶ Sex-
ta concluſio Omnis inuidia eſt peccatum pʒ ex Septima ɔ
precedēti concluſione. ¶ Septīa concluſio om cluſio.
nis inuidia eſt peccatū mortale. Probatur om
ne illud eſt peccatum mortale quo non volumus
proximo id quod tenemur ſibi velle ex precepto
caritatis ſed per īuidiam nolumus ꝓximo id qđ
tenemur ſibi velle ex precepto caritatis cum no-
limus ſibi bene etiam ſimpliciter et abſolute ꝛ g̃
tia ſui igitur oīs inuidia eſt pctm̄ mortale Nec
ratio quam ad hanc concluſionem inducit Tho.
ſufficit. arguit em̄ ſic inuidia contrariatur carita
ti per quam eſt vita aīe ſpiritualis ſecundū illđ
.i. Jo. tertio nos ſcimus quoniam tranſlati ſum⁹
de morte ad vitam qm̄ diligimus fratres vtriuſ
q̄ em̄ ſcʒ caritatis et inuidie obiectum eſt bonū
proximi ſed ſecundum ɔ̄rium motum nam cari-
tas gaudet de bono proximi inuidia autem de eo
dem triſtatur ergo īuidia ex ſuo genere eſt pecca
tū mortale. Iſta ratio nullomodo concludit per
eam em̄ probaretur tam faciliter ꝙ nemeſis ꝛ ze
lus ſunt peccata mortalia et contrariantᷣ carita
ti qꝛ nemeſicus et zelator triſtanᷣ de bono proxi
mi et nemeſis et zelus habent idem obiectum cū
caritate ſecundum contrariū motum ex eo ꝙ ca-
ritas gaudet de bono proximi ꝛ nemeſis et zelus
triſtantur de eodem. Tū ſecundo qꝛ non q̄cq̄d cō
trariatur opi caritatis eſt peccatum mortale ſūt
em̄ aliqua opa caritatis ad que non tenemur de
neceſſitate precepti ſicut oſculum leproſi paſtio
eiuſdem propriis manibus ꝛ alia opera ſupercr-
rogationis ꝛ opera talibus contraria nō ſūt pec
cata mortalia ideo ex vi illius antecedentis non
potuit concludere Thom̄. inuidiam eſſe peccatū
mortale. Secundo probatur concluſio per illud
Job. v. paruulū occidit īuidia qđ exponit Gre.
de īuido et morte ſpirituali ſed mors ſpiritualis
eſt peccatum mortale igiᷣ q̄zuis tamen dicta au Cōtra ter-
ctoritas expoſita ſit etiam de morte tempora- tiam ɔclonē
li. ¶ Contra tertiam ɔclonem arguitur rationi-
bus Tho. p̄mo ſic tp̄alia bona comparata eter-
nis parua ſunt ꝫ non debʒ vir iuſt⁹ triſtari ex eo
ꝙ inſunt prauis et īdignis Secundo bona tem-
poralia perueniunt ad īdignos ex iuſta dei ordi

natione diſponentis ea ad corruptionem vel ad
damnationē eorū ſed vir iuſtus gaudere debꝫ ꝙ
impleatur dei ordinatio ⁊ nō triſtari igitur. Tertio
arguitur per illud Pſal. noli emulari ī malignā
tibus neqꝫ zelaueris facientes iniquitatē. Quar
to per illud eiuſdem pene effuſi ſunt greſſus mei
quia zelaui ſuper iniquos pacē peccatorū vidēs
Quinto ſicut ſe hñt eterna bona ad temporalia
ita ſe habent iuſti ⁊ digni ad indignos ergo per
locū a transmutata ꝓportiōe ſicut ſe hñt eterna
bona ad iuſtos ita et tp̄alia ad iniuſtos ſed iuſt⁹
dignus eſt eternis ergo iniuſt⁹ dign⁹ eſt tempora
libus ⁊ per ꝯñs non eſt triſtandū ſi bona tempo-
ralia indignis inſunt. Sexto arguitur per Criſoſ.
ſuper epiſtolā ad hebreos omel. quinta dicentē
Nemo videns malignorū proſperitatē turbetur
non eſt hic retributio malignitatis ⁊ virtutis. qñ
itaqꝫ videmus malignum florere non ſubruamur
et quādo videmus bonum mala pati non turbe-
mur. Septimo nō debet vir iuſtus triſtari ꝙ ma-
lus de paucis bonis que fecit oportet paucis bo
nis retributiōē accipiat ſed cū indign⁹ ꝓſperitate
affluit accipit retributionē de paucis illis bonis
q̄ fecit igitur. Minor pꝫ per illud eiuſdē Criſoſ. ī eo
dē loco dicentis Eſt ⁊ alia ratio q̄ non pōt ma
lus ī omnib⁹ eſſe malus ſed hꝫ aliq̄ bona neqꝫ bo
nus in oībus eſſe bon⁹ pōt ſed hꝫ aliqua peccata
Quando ergo ꝓſperitatē hꝫ malus ꝓ illis pau
cis bonis retributionē hic accipit malo capiti ſuo
q̄ illic plenius punietur bonus aūt ideo hic punitur
vt oībus expiatis delictis ꝓbat⁹ ⁊ purgat⁹ hinc
Solutiōes. exeat. ¶ Ad primā concedo añs ⁊ nego ꝯñs q̄
licet ſint parua his tñ praui ſunt indigni ⁊ boni di
gni Et vltra dicitur ꝙ licet triſtari de iis que parua
ſunt ī cōparatione ad maiora ⁊ meliora q̄ tñ ſunt
abſolute magna. Ad ſecundā cōcedo añs ⁊ nego
ꝯñs pro intellectu tamen diſtinguo ꝯñs ⁊ dico ꝙ
duplex eſt triſticia quedā eſt abſorbēs ⁊ inuoluēs
et de illa cōcedo ꝯñs alia eſt triſticia excitans ad
iuſte ⁊ rationabiliter īpediendū illud de quo tri-
ſtamur et de hac triſticia ego nego ⁊ cū dicitur ꝙ
vir iuſtus gaudere dꝫ ꝙ īpleatur dei ordinatio dr̄
ꝙ licet vir iuſt⁹ teneatur non reſiſtere ordinationi
quā ſcit eſſe ordinationē dei pertinaciter nō tenetur
tñ gaudere de ordinatione dei īmo tenetur aliqñ cō
trariū verbi gratia ordinauit de⁹ petrū eſſe dam
nandū ego tñ teneor niti vt petrus iuſte ⁊ religio
ſe viuat ⁊ ſic viuendo dānationē euitet. Ex ordi-
natione etiam dei eſt ꝙ iſte ſit pauper ⁊ indigeat
et multa indigne patiatur ⁊ tñ cōſtat ꝙ de hoc ego
non debeo gaudere ſed poti⁹ triſtari ⁊ miſereri ſui
Aliquē triſtari de ordinatiōe diuina dupl'r intelligitur. ¶ Aduerte preterea ꝙ aliquē triſtari de ordina-
tione dei pōt intelligi multipliciter. Vno mō ſic
ꝙ quis triſtetur ⁊ moleſte habeat ꝙ de⁹ ſic ordina
uit ⁊ tunc dr̄ ꝙ eorū que ordinat quedā ſunt que
ordinat per modum legis preceptiue ꝓhibitū re
tributiue vel permiſſiue ⁊ tūc verū eſt ꝙ ordinatio
nes dei non dñt nobis eſſe moleſte aut diſplicētes
ſicut nulli ſine peccato diſplicere pōt ꝙ deus offē
dentibus eū mortaliter eternā dānationē retribu
at alia ſunt que ordinat in particulari et non per
modum legis vt dānationē iſtius hoīs vel illius
erectionē iſtius vel illi⁹ ⁊ iſta ſine peccato diſpli

cere pñt quia multa talia ſic ordinat deus ꝙ non
vult ea nobis placere ſed vult ꝙ nobis nō diſpli
ceant diſplicentia abſorbente ⁊ inuoluente multa
enim ſunt volita a deo q̄ ſufficit nos equanimiter
ferre nec oportet ꝙ cū gaudio ⁊ ſine omni triſticia
ea feram⁹ ꝑ hec eīm argumēta oīno eodē mō ꝓba
retur ꝙ neqꝫ miſericordia neqꝫ zelus ſūt boni mo
ris quia ea de quib⁹ triſtamur ꝑ miſericordiā ⁊ ze
lū ſunt ex ordinatione dei Similiter probaretur ꝙ
oīs timor eſſꝫ peccatū. Ad terciā ⁊ quartā reſpō-
deo ꝙ pſal. accipit zelare pro imitari ac ſi diceret
neqꝫ zelaueris. i. imiteris facientes iniquitatem ⁊
zelaui ſup iniquos idē eſt ac ſi diceret volui imi-
tari iniquos ex eo qḋ ego videbā eos viuere ī pa-
ce ⁊ oī ꝓſperitate florere ⁊ ideo Aug. in expoſitiōe
illius pſalmi ſuadens eos nō eſſe imitādos ꝓpter
hoc ita ait videamus iſtos cū felices ſūt fugiam⁹
cum felices ſūt nō imitemur nec a dño deo noſtro
talia nobis ꝓ magno optem⁹ qualia accipere me
ruerūt q̄ illi nō ſeruiunt. Ex q̄b⁹ pꝫ ꝙ ꝓpheta in
illis verbis ait ſe pene erraſſe ⁊ lapſū eſſe q̄ voluit
imitari iīquos ex eo ꝙ in hoc mūdo florebāt ⁊ nō
q̄ triſtabatur de ꝓſperitate eorū ꝙ ſi qs putꝫ hoc mō
exponēdū tūc exponēdū ē de triſticia abſorbēte ⁊
īuoluēte ac ſi diceret pene effuſi ſūt greſſus mei q̄
ego vidēs pacē ⁊ ꝓſperitatē pctōrū Zelaui ſup
iniquos. i. ita triſtat⁹ ſū vt triſticia me ꝓrſus abſor
beret ⁊ me impelleret relinquere viā ⁊ mādata do
mini ⁊ ſemitā peccatorū ſeq̄ vt ſimili ꝓſperitate
affluerem. Ad quītā nego añs in bonis eīm ſeu tē
poralibus ſeu eternis ſcḋm ꝙ bona ſūt aliqḋ eſt
bonitatis in īdignis aūt nihil ſcḋm ꝙ hmōi merit
ti ⁊ dignitatis ⁊ ideo iuſti ſe hñt ad iīuſtos nō ſi-
cut eterna bona ad tēporalia ſꝫ ſicut bona ad ma
la nec ad hec valet prima ꝯña ⁊ dato ꝙ valeat nō
valet ſcḋa q̄ non eſt ibi ſimilitudo vniuerſalis et
oīmoda ſed ꝑticularis tm̄. Ad ſextā dico ꝙ Criſo
ſtom⁹ nō accepit ibi turbari vniuerſaliter ꝓ triſta
re ſed ꝓ triſtari triſticia inuoluente ⁊ abſorbente
que fit cum vel deſeruntur bona ꝓpter eā que alias
feciſſem⁹ vel cōmittuntur mala q̄ alias cauiſſemus
⁊ hāc acceptiōē ſignat Criſoſto. cū addit qñ itaqꝫ
videm⁹ malignū florere nō ſubruamur Ad ſepti-
mā cōcedo añs de triſticia abſorbente. de triſticia
vero excitāte nego q̄ licet de facto ita ſit ꝙ mal⁹
hꝫ aliq̄ bona ꝓ quib⁹ remuneratur iſta tñ ⁊ nobis
⁊ multis aliis ſūt occulta bona aūt iuſtorū mani-
feſta ſūt Et ideo bñ poſſum⁹ triſtari ſed nō decet
nos triſticia abſorbente inuolui ⁊ preterea debe-
mus triſtari propter eas ſi credamus ꝙ hoc ſit vt
eorū dānatio ſit aſpior. ¶ Contra ſextā ꝯcluſionē Cōtra ſextā ꝯcluſionē
arguitur ſic primo auctoritate Hiero. ad quādā de
inſtructione filie dicentis habeat ſocias cū quib⁹
addiſcat quib⁹ inuideat quarū laudibus mordeatur
ergo non oīs inuidia eſt pctm̄ Scḋo nō oīs triſti
cia de alienis bonis ē peccatū ſꝫ inuidia oīs eſt tri
ſticia de alienis bonis ergo nō oīs inuidia eſt pecca
tū. Maior pꝫ per illud ꝓuerbiorū. xxix. cū īpii ſū
pſerit principatū gemet popul⁹. Tercio aliquis
zelus eſt bon⁹ ſed oīs inuidia eſt zelus quidā igitur
aliqua īuidia eſt bona Maior pꝫ per illḋ Pſal.
Zelus dom⁹ tue comedit me. Quarto īuidia eſt
pena ergo īuidia non eſt culpa ꝯña tenet q̄ pena

diuiditur ꝯ culpam ⁊ añs probatur ꝑ grego. qn
to moraliũ dicẽtẽ Cũ deuictũ cor liuoris putre-
do corrupit ipſa quoqꝫ exteriora indicant ꝙ gra
uis aim veſania inſtigat color quippe pallore af
ficiꝭ occuli deprimunꝭ mens accendiꝭ mẽbra fri
geſcũt fit in cogitatione rabies/fit in dentibꝰ ſtri
Solutiões. dor. ⁊c. ¶ Ad primam rñdet Thomas ꝙ ibi ac
cipiꝭ inuidia ꝓ zelo quo quis dꝭ incitari ad ꝓfi-
ciendũ cum melioribus. Iſta ſolutio non ſufficit
vt credo immo ꝑ hanc auctoritatem Hieronimi
directe ꝓbaꝭ quarta ꝯcl'o quaꝫ ſupra ꝯ Tho. po
ſuimus q̃ vt oſtendam do illud quod ait Quin.
ꝑmo libro oratoriaꝝ īſtitutionũ de diſcernẽdo pu
eroꝝ ingenio michi inq̃t ille videꝭ puer quẽ laus
excitet/quem gl'ia iuuet/q̃ victus fleat/hic erit alẽ
dus ambitu/hũc mordebit obiurgatio/hunc ho-
nor excitabit / q̃bus verbis deſiderat Quinti. in
puero amorẽ glorie et honoris. Arguo ſic ꝙ vult
Hiero. ꝙ filia illa mordeaꝭ laudibus aliarum et
Qui. ꝙ puer victus flebat tũc ſi nullus flet quia
victus niſi triſteꝭ ꝙ ab alio in aliq̃ bono excediꝭ
nullꝰ etiaꝫ mordeꝭ laudibus alioꝝ niſi triſteꝭ ꝙ
aliꝰ excedit eũ in aliquo bono laudabili ſꝫ vir bo
nus et iuſtꝰ deſiderat ꝙ puer erudiendꝰ victꝰ fle-
at ⁊ ꝙ alioꝝ laudibus mordeaꝭ ergo vir bonꝰ de
ſiderat ꝙ hmõi puer triſteꝭ ꝙ excediꝭ ab aliis in
bono aliq̃ quod eſt ꝯ Tho. vt patuit in quarta cõ
cluſione. Ideo dꝭ ꝙ Hieronimus accipit ibi inui-
dere ꝓ triſtari de eo ꝙ alius magis ꝓficiat in di-
ſciplina ⁊ eruditione mõ dicto ⁊ non accipit inui
dere vt eſt nomẽ vicij. Ad ſcđm dico ꝙ argumẽ-
tum peccat in forma nec aliꝰ defectus in eo que-
rendus ẽ. aſſumit eñ maiorem particulareꝫ. Ad
tertiã oĩno ſilr̃ reſpondeo ad minorem tñ diciꝭ ꝙ
accepto noĩe zeli ꝓpoſ̃ ipſa eſt falſa Ad quartaꝫ
nego ꝯñam et ad probationẽ nego ꝯñaꝫ non eñ
condiuiditũr pena cupe qꝛ nichil ideꝫ ſit pena ⁊
culpa ſed qꝛ alia eſt rõ pene ⁊ alia culpe ideꝫ eñ
ſcđm ꝙ afflictiuuꝫ eſt pena ⁊ ſcđm ꝙ deordinatũ
Cõtra ſepti mã ꝯcl'onẽ eſt culpa. ¶ Contra ſeptimam ꝯcl'onem aꝭ ꝑmo
ſic nihil qđ eſt paſſio appetitus ſenſitiui ẽ pecca
tũ mortale ſed inuidia aliq̃ eſt paſſio appetitꝰ ſen
ſitiui ꝙ ⁊ aliqua inuidia non eſt pccatũ mortale.
Maior pꝫ qꝛ in ſenſualitate non eſt pctm̃ morta
le ſed ſoluꝫ in rõne Scđo ĩ infantibus non ẽ pec-
catuꝫ mortale ſꝫ in infantibus eſt inuidia ergo a
liqua ĩuidia non eſt pctm̃ mortale minor pꝫ per
Auguſ. in. li. cõfeſ. vidi ego ⁊ expertus ſum zelã-
teꝫ pueꝝ nũdũ loquebaꝭ et intuebaꝭ pallidꝰ ama
ro aſpectu collactaneũ ſuum. Tertio oĩe pecca-
tum mortale ꝯriaꝭ alicui p̃cepto diuino ſed ĩui-
dia nulli precepto diuino ꝯriaꝭ vt pꝫ diſcurrẽdo
per ſingula igiꝭ. Quarto oẽ peccatũ mortale ali
cui virtuti ꝯriaꝭ ſed inuidia nulli virtuti ꝯriaꝭ ꝙ
inuidia non eſt pctm̃ mortale Minor patet qꝛ in
uidia ꝯriatur nemeſi q̃ non eſt virtus ſed paſſio.
Quinto multi triſtantur de bono ꝓximi qꝛ nolũt
ſibi bene eſſe q̃ non peccant mortaliter ꝙ non om
nis ĩuidia eſt pctm̃ mortale añs pꝫ de his in qui
bus ſubito ad apꝑhenſionem aliquaꝫ conſurgit
hec triſticia. Sexto ſi oĩs inuidia ẽ pctm̃ mortale
vel hoc eſſet ex gñe vel circũſtantia ſi ex circũſtan
tia ꝙ cum alicui ĩuidie poſſit deeſſe talis circun-
ſtantia ſequiꝭ ꝙ non oĩs inuidia erit pctm̃ mor-
tale ſi ex gñe et obiecto ꝙ cum in p̃mis motibꝰ ſit
idem genꝰ et obiectum ſeq̃tur ꝙ p̃mi motꝰ ad in
uidiam erũt pctã mortalia. ¶ Ad p̃mã dꝭ ꝙ ali Aliqd ... tur mo... le pctm̃ ... pliciter.
quid dꝭ pctm̃ mortale dupliciter. Vnomõ per ſe
et intrinſece et ſic ꝯcedo maiorẽ. Aliomõ extrin-
ſece et ſic ego nego maiorẽ et ad minorẽ dico ꝙ a
liq̃ inuidia eſt paſſio appetitus ſenſitiui et aliq̃ ẽ
actus voluntatis a q̃ prima denoĩatur extrinſece
peccatũ mortale. Ad ſcđam nego minoreꝫ lꝫ eñ
aliq̃ actus infantibus ſint ſilẽs ĩuidie non tñ ſũt
inuidia qꝛ non ſunt actꝰ deliberati ſed ꝓcedũt ex
quibuſdã inclinationibꝰ naturalibꝰ q̃litates cor
porales ſeq̃ntibꝰ. Ad tertiã dico ꝙ ĩuidia ꝯriaꝭ
precepto diuino de dilectione ꝓximi qꝛ inuidꝰ nõ
exhibet ꝓximo eam dilectionẽ q̃ꝫ teneꝭ de neceſſi-
tate p̃cepti ſibi exhibere. Ad quartã diciꝭ ꝙ in-
uidia opponiꝭ caritati ⁊ mẽſuetudini extẽdẽdo
nomen mãſuetudinis et cum dicis ꝙ opponiꝭ ne
meſi q̃ eſt paſſio. Dico ꝙ actus nemeſ deliberatꝰ
eſt actus v̾tutis ſicut actus mĩe deliberatus ẽ ac-
tus v̾tutis et cum dicis ꝙ eſt paſſio rñdeo ꝙ ac-
cepto noĩe paſſionis vnomõ nõ ſeq̃iꝭ eſt paſſio
ergo non eſt v̾tus vl' actus v̾tutis accepto v̾o no-
mine paſſiõis. Aliomõ bene ſeq̃tur ſed hocmodo
non vꝫ Ariſt. nemeſim eẽ paſſionem de his acce
ptionibꝰ paſſionis tangit guillermꝰ in quolibe-
tis et alias videbiꝭ ⁊ forte addenꝭ aliĳ ſatis rõna
biliter. Solutio añt quam ponit Tho. dicẽs ꝙ ĩ
uidia ex parte obiecti p̃ncipal'r opponitur mĩe qꝛ
obiectũ mĩe eſt malũ et obiectũ inuidie ẽ bonũ ex
parte v̾o illius de cuius bono triſtaꝭ opponiꝭ ne
meſi quia nemeſ cuius triſtatur eſt a bono eius
qui eſt indignus inuidus vero vt dicit de bono
eius qui eſt dignus non ſatiſfacit ſiue enim hoc
ſit benedictum ſiue nõ tamen argumẽtum ſemꝑ
manet in vigore quia ſiue oponitur miſericordie
ſiue nemeſi ſcđm tñ Ariſto. tam mĩa q̃ꝫ nemeſis
ſunt paſſiones vt pꝫ ſcđo retho. Ad q̃ntã dico ꝙ
quedã eſt triſticia non deliberata ⁊ de tali ꝯcedo
añs et nego ꝯñam qꝛ talis non ẽ inuidia. Alia ẽ
triſticia deliberata ⁊ de tali nego añs. oĩs eñ taꝭ
eſt ĩuidia et q̃ ſic triſtanꝭ peccant mortaliter. Ad
ſextã dico ꝙ btũs Tho. vꝫ ꝙ ĩuidia eſt pctm̃ mor
tale ex gñe ſuo qꝛ ex rõe obiecti ſui ꝯriaꝭ caritati
ſed hoc nõ paruã difficultatẽ habꝫ ex eo ꝙ neme
ſis zelus ⁊ inuidia ſunt circa ideꝫ obiectũ ⁊ tñ vt
dictũ eſt nemeſis ⁊ zelus non ſunt pctã iõ dico ꝙ
inuidia ex eo pctm̃ ẽ mortale ꝑ qđ a nemeſi et ze
lo differt et nõ ꝑ id ꝑ qđ cum eis conuenit. Cõue-
nit añt hoc eſt ĩ triſticia de bono ꝓximi et iõ non
põt defendi ꝙ ex hoc p̃ciſe ſit peccatum mortale
qꝛ eſt triſticia de bono ꝓximi vt etiã pꝫ ex ſoluti
one p̃cedentis argumẽti. Differt añt ꝙ ẽ triſticia
deliberata q̃ aliq̃s triſtaꝭ de bono ꝓxi qꝛ vult il
li male eẽ. Et ex eo eſt pctm̃ mortale atqꝫ hoc ad
omnẽ inuidiã req̃riꝭ vt paꝫ quare. ⁊c. Et de hoc
tacitũ eſt in ipſa ſeptima ꝯcl'one. Hanc vltimam
ſolutionẽ tametſi auctor non pfecit: ſed reliq̃t vbi
ait ꝙ ex hoc videtur tñ non improbabiliter ſicvti
ſcriptũ eſt compleri potuiſſe. Certa legẽtium iu-
dicio relinquimus nichil noſtrum afferentes.

Finis.

# Tabula

Egidius delfus: prior Sorbonicus
Ut morum ſapias pulcherrima ſenſa bonoꝝ.
Perlege martini ſcripta probata mei.
Quid ſanctis placeat: cicero q̄d ſenſerit auctor.
Quicq̄d Ariſtoteles: hic didiciſſe queas.

## Tabula.

¶Tabula queſtionum in preſenti opere contentarum. Et primo.


Prima queſtio vtrum tẽperantia ſit virtus ſpecialis. Folio.ij.
Secũda queſtio vtrũ temperantia ſit virtus cardinalis. fo.iiij
Tertia queſtio vtrũ tẽperantia ſit vna virtus ſecundum ſpeciem. fo.v.
Quarta queſtio vtrum tẽperantia ſit ſolum circa delectationes tactus ⁊ guſtus. fo.vi.
Quinta queſtio vtrũ in cõcupiſcẽtijs naturalibꝰ poſſit eſſe peccatum. fo.viij.
Sexta queſtio vtrũ regula tẽperantie ſit ſumẽda ſecundum neceſſitatẽ preſentis vite. fo.x.
Septima queſtio vtrũ peccatũ intemperantie ſit maxime exprobrabile fo.xi.
Octaua queſtio vtrũ omnis primꝰ motꝰ ad intẽperantiam ſit pctm̃ mortale fo.xiiij.
Nona queſtio vtrũ inſenſibilitas ſit vitiũ. fo.xiiij
Decima queſtio verum caſtitas ſit virtus ſpecialis. fo.xvij.
Undecima queſtio verum quis poſſit in hac vita ita attingere pfectionẽ caſtitatis vt in eo ſit omnis actꝰ libidinis extinctus. fo.xix.
Conſequenter agendũ eſt de ſpeciebus caſtitatis. Et primo de virginitate Circa quã querit̃ primo vtrum ipſa conſiſtat in integritate carnis. fo.xxi
Scd̃a queſtio verũ virginitas ſit virtus fo.xxiiij.
Tertia queſtio vtrũ virginitas ſit ceteris virtutibus excellentior. fo.xxvij
Quarta queſtio vtrũ virgo per violentiã corrupta virginitatem perdat. fo.xxix.
Quinta queſtio vtrũ virginitas glorioſe virginis fuerit inter omnes excellentiſſima. fo.xxxiij.
Sexta queſtio vtrũ habituũ ⁊ ſignoꝝ exteriorum moderatio ſit actus virginitatis. fo xxxvij.
Septima queſtio vtrũ viduitas ſit virtꝰ. fo.xxxix
Octaua queſtio vtrũ ad ſtatũ viduitatis exigat̃ votum. fo.xl.
Deinde agitur de caſtitate cõiugali Et queritur vtrum actus reddendi debitũ ſit actus caſtitatis coniugalis. fo.xli.
Poſtq̃ꝫ dictũ eſt de caſtitate dicendũ eſt de luxuria Et primo in cõi Et queritur vtrum luxuria ſit vitium capitale. fo.xliiij.
Secunda vtrũ tm̃ ſint ſex ſpecies luxurie fo.xlvi
Tertia queſtio vtrũ ſimplex fornicatio ſit peccatum mortale. fo.xlviij.
Quarta queſtio vtrũ fornicatio ſit peccatũ grauiſſimum. fo.lij.
Quinta queſtio vtruꝫ in tactibus ⁊ in oſculis ſit peccatum mortale. fo.liiij.
Sexta queſtio vtrum nocturna pollutio ſit peccatum. fo.lvi.
Septima queſtio vtruꝫ ſtuprũ ſit ſpecies luxurie a ceteris ſpeciebus diſtincta. fo.lix.
Octaua queſtio vtrum raptus ſit ſpecies luxurie a ſtupro diſticta ⁊ ab alijs ſpeciebꝰ luxurie fo.lxi.
Nona queſtio vtruꝫ adulterium ſit ſpecies luxurie ab alijs diſtincta. fo.lxiij.
Dima queſtio vtrũ inceſtus ſit ſpecies luxurie ab alijs diſtincta. fo.lxv.
Undecima queſtio vtrũ vitiũ contra naturam ſit īter pctã carnis grauiſſimũ pctm̃ luxurie fo.lxvij
Duodecima queſtio vtrum inter oĩa luxurie naturalis pctã inceſtus ſit inceſtus grauiſſimũ. fo.lxix
Tredecima queſtio vtrũ continentia ſit virtus a caſtitate ⁊ tẽperantia diſtincta. fo.lxix.
Decimo quarta queſtio vtrum incontinens ſit intemperante deterior. fo.lxx.
Conſequẽter agendũ de abſtinẽtia Et primo queritur vtrũ abſtinentia ſit virtꝰ ſpecialis. fo.lxxv.
Secundo queritur vtruꝫ oĩs abſtinentia ſit faciẽda in pane ⁊ aqua. fo.lxxviij.
Tertio queritur vtrũ rigor abſtinentie ſit aliquando ita obſeruandus ꝙ deſeri nõ debeat pro extrema neceſſitate. fo.lxxix
Quarto quritur vtruꝫ rigor abſtinentie ſit ita obſeruandus vt cum per eam vita breuietur deſeri non debeat. fo.lxxxij
Quinto queritur vtrum ieiunium ſit actus abſtinentie. fo.lxxxiij.
Sexto querit̃ vtrum diffinitio ieiunij in qua dicitur ieiuniũ eſt parcimonia victus abſtinẽtiaq; ciborum ſit ſufficiens. fo.lxxxv.
Septimo queritur vtrũ de neceſſitate ieiunij ſit ꝙ nõ ſumat̃ refectio niſi poſt veſperas. fo.lxxxvij
Octauo queritur vtrũ oẽs ad ieiunia eccleſie teneantur. fo.xc.
Nono queritur vtrũ obligatꝰ ad ieiuniũ die ieiunij comedens pluſq̃ꝫ ſemel totiens peccet mortaliter quotiens comedit pluſq̃ꝫ ſemel fo.xciij.
Decimo queritur vtrũ eccleſiaſticorũ ieiuniorum tẽpora ſint cõuenienter aſſignata. fo.xcvi
Deinde agitur de gula Et querit̃ vtrum gula ſit peccatum mortale. fo.c.
Secũda queſtio vtrũ gula ſit pctm̃ mortale fo.ci
Tertia queſtio vtrũ gula ſit vitiũ capitale fo.ciiij
Quarta queſtio vtrũ gula ſit omnium peccatorũ maximum. fo.cv.
Quinta queſtio vtrum in hac vita mortali poſſit in aliquo totaliter gaſtrimargia extingui. fo.cvi
Conſequenter agit̃ de ſobrietate Et queritur primo vtrũ ſobrietas ſit virtus ſpecialis. fo.cvij.
Deinde agit̃ de ebrietate Et queritur vtrũ ebrietas ſit peccatum mortale. fo.cix
Secũda queſtio vtrum ebrietas ſit grauiſſimum omnium peccatorum. fo.cxij.
Tertia queſtio vtrũ peccata tẽpore ebrietatis cõmiſſa ſint ebrio ad culpã ĩputanda. fo.cxiij.
Poſtmodũ agendũ eſt de manſuetudine que eſt ſpecies temperãtie virtutis cardinalis Et querit̃ primo vtrum mãſuetudo ſit virtus. fo.cxix.
Secundo queritur vtrum manſuetudo ſit potiſſ


BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

nis virtus ad temperantiam pertinens. fo. cxxij.
Tertio queritur vtrum manſuetudo ſit tantũ circa iras. fo. cxxiij.
Quarto queritur vtrum clemẽtia ſit ſpecies mãſuetudinis aut eidẽ eadẽ cõuertibiliter. fo. cxxiiij.
Quinto queritur vtrum zelus ſit ſpecies manſuetudinis. fo. cxxvi.
Sexto queritur vtrum zelus ſit virtus ad tuitionem religionis chriſtiane neceſſaria. fo. cxxvij.
Deinde tractatur de iracũdia et primo queritur vtrum iracundia ſit peccatũ mortale. fo. cxxix.
Secunda queſtio vtrum iracundia ſit grauiſſimũ peccatum. fo. cxxxij.
Tertia q̃ſtio vtrũ ira ſit viciũ capitale. fo. cxxxiiij
Quarta queſtio vtrum paſſio ire ſit pro ſtatu huius vite totaliter extinguibilis. fo. xxxvij.
Quinta queſtio vtrum crudelitas ſit viciũ clemẽtie oppoſitum. fo. cxxxviij.
Deinde agitur de odio et primo queritur vtrum odiũ ſit ab ira diſtinctum. fo. cxli.
Secundo queritur vtrum odium dei ſit grauiſſimum peccatorum. fo. cxlij
Tertio queritur vtrum omne odium proximi ſit peccatum. fo. cxlvi.
Quarto queritur vtrũ odium ꝓximi ſit inter peccata que ſũt in proximũ grauiſſimũ pctm̃ f. cxlix
Quinto querit̃ vtrũ odiũ ſit vitiũ capitale. f. clij
Conſequenter agendũ de inuidia Et primo queritur vtrum inuidia ſit per ſe et directe contra bonum. fo. cliij
Secundo queritur vtrum inuidia ſit peccatum mortale. fo. clvi.

Finis tabule.

Opus magiſtri Martini magiſtri Impreſſuz Pariſius ſumptibus honeſtorum virorum Johannis petit ⁊ Poncetti lepreux bibliopolarum alme vniuerſitatis pariſienſis Anno domini milleſimo quingenteſimo vndecimo xxij. die ſeptembris finitur.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

coſto eſte libro siete reales.

Nº Caj
C-10

MARTIN: DEMAGESTIS